This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LELAND·STANFORD·JVNIOR·VNIVERSITY

'8.8
) 85

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ

ΚΑΙ

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ.

PLUTARCHI

FRAGMENTA ET SPURIA

CUM CODICIBUS CONTULIT ET EMENDAVIT

FR. DÜBNER.

CUM NOVO INDICE NOMINUM ET REBUM IN OMNIA OPERA PLUTARCHI.

VOLUME QUINTUM.

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO,

VIA JACOB, 56.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

PLUTARCHI OPERUM

VOLUMEN QUINTUM.

PARISIIS. — EXCUDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES, VIA JACOB, 56.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΑ

ΚΑΙ

ΨΕΥΔΕΠΙΓΡΑΦΑ.

PLUTARCHI

FRAGMENTA ET SPURIA

CUM CODICIBUS CONTULIT ET EMENDAVIT

FR. DÜBNER.

CUM NOVO INDICE NOMINUM ET RERUM IN OMNIA OPERA PLUTARCHI.

STANFORD LIBRARY

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI FRANCIÆ TYPOGRAPHO.

M DCCC LV.

5 2

277297

LIBRARY

PRÆFATIO.

Quod septem annorum intervallo ultimum hoc Plutarcheorum operum volumen subsequitur alterum Vitarum, in causa est Indicis nominum et rerum qualem decebat conficiendi difficultas et moles. Quam bene perspectam habens Firminus Didot jam anno MDCCCXLI cum *Theodoro Dœhner* pepigerat ut « spissum sane opus et operosum » sine mora inchoaretur. Sed ille et scholastico munere et iniqua valetudine sæpe multumque impeditus, quod alacriter in se receperat, perficere non potuit, et exacto decennio nobiscum communicavit indicem scriptorum et indicem apophthegmatum proverbiorumque, accuratissima diligentia collectos, sed nondum terminatos neque omnia scripta Plutarchi comprehendentes : historici vero indicis præter tenuissima initia nihil erat in chartis. Hac igitur ablata spe doctum et strenuum juvenem *Jacobum Hunziker* permovimus ut per annos aliquot totum se daret Plutarcho legendo et excerpendo. Qui collectam materiem immensam quam sano deinde judicio disposuerit, ex usus facilitate ab omnibus statim cognoscetur. Dœhnerianis completis et suo absoluto indice, ne quidquam negligeretur, Reiskianos quoque cum suis comparavit (*). Quare novum hoc et exoptatissimum studiorum instrumentum eruditis hominibus maxima securitate tradimus.

Fragmenta scriptorum perditorum et Pseudoplutarchea, dudum typis exscripta, nuper denuo pertractavimus et annotationem criticam adjecimus, omissis fere omnibus quæ ex *Wyttenbachiana* possunt cognosci.

(*) Addam ex literis ad me datis Hunzikeri : « Poetarum et scriptorum locos qui neque a Dœhnero indicati neque « mihi in promptu essent, citatis incertæ sedis adjeci. Quorum omnino auctores me latuere, ea congesta invenies « sub Anonymorum et sub Perditorum Poetarum Fragmentis. Proverbia collecta alphabetico ordine disposui, Apo- « phthegmata singulis subjeci nominibus, locis omnibus additis. Cognomines personas haud sine difficultate distinxi, « res autem ita digessi, ut idem plus semel legatur nusquam, neque ullus locus omitteretur. Nonnulla olim in indici- « bus legi solita, sed certos per se fines non habentia aut ad græcitatis indicem pertinentia, consulto a me omissa « nemo fere desiderabit; eorum quæ historiam, geographiam, mythologiam, etc., spectant, haud facile inveneris quod « desit. »

ANNOTATIO CRITICA.

I. Edidit hoc et sequens fragmentum Thom. Tyrwhittus, Lond. 1773, e cod. Harleiano. Codicem Laurentianum (plut. 57, 4) contulit Darembergius meus, iisdem plerisque vitiis et lacunis fœdum quibus Harl., sed minime inutilem. — Pag. 1, l. 4,5 malim ἀλλ' ἃ διὰ σώματος πάθη φαίνεται, εἶναι ἀπελέγχεται περὶ ψυχήν. Hocordine Harl.; altero Laur., qui ἐλέγχη$^{\varepsilon}_{\tau}$ (quod favet Wyttenbachii conjecturæ ἄν γε διὰ σώμ., vertentis : *si quidem apparuerit et demonstratum fuerit eas esse tales affectiones quæ per corpus ad animum veniant.*) — 6 Laur. ζητεῖ. — 14 quod conjeceram φύσει confirmavit Laur. Ed. φέρει. — 18 ἀμέτρων prorsus absonum, et omissa quædam esse apparet. — 20 ἐκτείνεται Wyttenb. pro γίγνεται. Laur. in marg. τείνεται. — 23 δὲ μαχ. (sine καὶ) Laur. — 24 ἐπιθυμίας idem. — 29 in loco desperato tentavi [ὡς] καταδιαιτῶν. Libri κακοδαίμων.

Pag. 2, l. 2 δικαστὴς recte Wyttenb., cujus in textu male legitur δὲ, quum codices Harl. et Laur. monstrent δι cum lacunula quattuor vel quinque literarum. — 3 ἐφ' ἧς Laur. — 11 πηρώσεως ὧν recte Laur. Edit. πηρώσεων οὖν (ὧν Wytt.) — 14 ed. προσηκόντων, correctum ex Laur. — 23 δ ex Laur. accessit. — 41 συνάγομεν necessarium erat ob præcedentia et sequentia. Ed. συνήγαγον. — 46 θλίβοντες Laur.; πλήττοντες ed. — 49, 50 sic Laur., ut sui codicis vitia correxerat Tyrwh. — 50, 51 παρ (cum lacuna) ψυχῆς Laur. — 53 βιβίωνια enotatum ex Laur. pro βιβλίον. Mire similis Diog. L. in Heraclide, V, 87 : περὶ τῶν ἐν ᾅδου, περὶ βίων α' β'. — 54 παρυπάρχω αὐτὸ φαίν. Laur.

Pag. 3, l. 3 οὕτω γεγρ. libri; οὕτω δὲ γ. Wyttenb. — 6 τῶν λόγων edit., quod correxi; conf. l. 29, 30. — 8 φερόμενοι accessit ex Laur. — 12 ἐν κρίσ. Wyttenb. pro κρίσ. Laur. ἐκρίσεσι. — 18 quod conjeceram εἴδους confirmavit Laur.; ἤθους ed. — 19 φησὶ Tyrwh. et Laur.; φημὶ ed. — 25 κέκρυπται haud dubie dittographia præcedentis. — 26 legebatur καὶ κατ' ἐγκράτησιν ἑνω (sic). Laur. præbuit ἑνωτικὴν, unde facilis et certa correctio. De defectu orac. p. 428, A : οὐ ποιοῦν πρὸς ἐκεῖνο σύννευσιν, οὔτε σύγκρασιν ἑνωτικήν. — 31 τῷ om. Laur. — 32 lacuna duodecim literarum. — 34 ἀλλότερον Laur. — 39 ἀρχὰς Laur. pro ἀρχὴν (præcedens τὰς etiam in Harl.). — 37 πάθη Laur. — 42 haud dubie τὸ μὲν αἷμα scribendum. — 46 αὐτῶν Laur., qui 47 ἄνωθεν, Harl. ἄνωθ, uterque cum lacunula. — 49 προέρχονται Wyttenb. Ex Laur. enotatum προερρύηται, ed. προερρύονται. — 54 scribendum videtur [Οἱ δὲ] ταύτην ἀπογν.

Pag. 4, l. 7 ed. συμφέρηται. — 11 κακὸν πάρεστιν Laur. — 17, 18, 20 inserui voculas uncis inclusas. — 21 sic Laur.; τῇ δὲ ψ. ed. — 24 ἐπιθυμῶ Laur. (conf. var. ad p. 2, 54); ἐπιθυμεῖ ed. — 25 ἥδεσθαι Laur.; ἥδεται ed. — 52 τὸ πάσχει Laur.

Pag. 5, l. 6 τὸ πάσχον Laur.; τὸ πάσχειν ed. — 15 πολύσφακτον Laur.; πολύσφαλτον ed.; nec satisfacit Wyttenbachii correctio. — 20 ἐπιθύμητ ἀναζωπυρεῖτο (sic ed. Lond.) Harl.; ἐπιθυμητὰν ἐζωπ. Laur. — 22 καὶ ταῖς ἐπιθ. δυσκίνητος Wyttenb.; δυσκίνηται Harl.; δυσκίνητον Laur. — 28 δόξασθαι Laur. — 35 διαιροῦνται [τόπῳ] Wyttenb. — 38 ὥστε ἑκατέρα Laur. — 39 οὖν ὧσι Laur. pro ἂν ὧσι quod edebatur. — 43 καθ' ἑνὸν καὶ Laur.

Pag. 6, l. 4 ἀδύνατον Laur., truncatum in Harl. — 7 multo mavelim κατὰ ταῦτα. — 8 κωλύοι Laur. a sec. m. — 27 καὶ αὐτὸ ζῇ λογίζεσθαι Laur., quod ambigas utrum ex margine irrepserit (ζητητέον) an αὐτὸ δὴ τὸ λογ. sit scribendum. — 39 ed. bis ἔχει, Laur. οὐκ ἔχη. — 45 ζωὴν ed. Lond.; ψυχὴν ed. Wytt. per errorem, ad quod ex Laur. nihil enotatum. — 50 σῶμα ἢ Laur

Pag. 7, l. 6, 7 verba οἷον γὰρ... ἐνεργείας ap. Wytt. omissa, neque addita in collatione Laur. — 11 prius καὶ om. Laur. — 15 παθητὴ Laur.; ed. παθητική. — 14 κατ' αὐτὴν scripsi, coll. l. 10; κατ' αὐτὸ libri. — 28 εἶδος ἔχει scripsi pro ἥδη

ἔχει. — 29 εἴτε τοῦ Laur. — 32 τά τε ὑπ. ed.; τῇ γε Wytt.; τῇ τε Laur. — 38 fortasse μὲν [γὰρ] ἀργῆς. Post τὰ πάθη librarii aberrarunt in lin. 36, et delenda sunt quæ sequuntur l. 39 περὶ τὸ συναμφότερον. Ejusmodi autem aliquid requiritur : ἐπεισελθόντα τὰ πάθη [κατέχει τὴν ψυχὴν, περιγίνεται] δὲ τῶν παθῶν παρελθὼν αὖθις ὁ λόγος etc. — 49 κρίσεως καὶ δόξης Laur. — 50 σύνθετόν τε ἔκ ed.

Pag. 8, l. 4 βιαίου ap. Theodoret. — 21 legebatur καὶ συνεπάγεσθαι, quod correxi ex optimo cod. Parisino, qui και ΣΥΝΕΠΙΑΕΚΕCΘΑΑΙ.

VI. De anima. Quod urgentibus operis facere non licebat, nunc ipse excussi egregium codicem nostrum Florilegii, et annotavi a prioribus omissa. Lin. 24 Πατροκλέας, quod posueram, confirmat A. Πατροκλεὺς ed. (In Symposiacis p. 779, 3 nostræ ed. corrige Πατροκλέας.) — 27 addidi φαμὲν, quia cod. A εἶναι τῶν, non ἐστι τῶν. Nisi malis ἂν εἴη.

Pag. 9, l. 6 codd. δοξάζουσι διανοεῖσθαι, quod corrigere tentavi. Aliter Jacobs. Lectt. Stob. p. 4. — 13 μηνῦσαι Jacobsius; μιγνῦναι codd.; δεικνύναι Valckenar. — 25 ἅτε δεσμοῦ τοῦ σ. posui pro ἂν δὲ ἔρημαι σ. veterum editionum. Omissa in A l. 18 ad 32. — 33 μετακόσμησιν Wyttenb. Cod. A κατασκόμησιν, quod male correctum fuisse videtur, quum deberet scribi κατασκήνωσιν. Eodem vocabulo utitur Plutarchus in Demetrio, ubi Philippidis poetæ versus affert περὶ τῆς αὐτοῦ ἐν τῷ Παρθένῶνι κατασκηνώσεως. — 34 ἀγνοεῖν cod. A, et (quod jam annotatum) γεγονέναι pro γενομένην : ut probabile sit aliqua excidisse ante ἐκεῖ. — 42 malim ἀπήντησε καὶ τόποι. — 54 ad l. 17 sequentem omissa in A.

Pag. 10, l. 36 Πατροκλεὺς hoc loco A, ut ed. — 48 nulla hîc statuenda erat lacuna, sed scribendum εἰς τὴν φύσιν, φαίνεται εὐθὺς, etc.; nam ΓΑΡ ex prægresso ΤΑΙ facile oriri poterat, nisi novitium παρευθὺς Plutarcho obtrusit Stobæi amanuensis.

Pag. 11. VII. « Exstat in Olympiodori Commentario Ms. in Platonis Phædrum, inter Codd. Ms. Vossianos n. 15 Bibliothecæ Lugduno-Batavæ. Edidit partem Fabric. B. Gr. vol. XII, p. 265. Addidi cetera. » Wytt. Eadem inveni in cod. Paris. Regio 1823, recenti. — 29 αὐτὰς, imo αὐτῆς.

Pag. 12, l. 12, τὴν μνήμην Par. — 27 τὸν δὲ Par.; τὴν δὲ Leid. — 41 πολλὰ pro πολλάκις invenisse videtur epitomator infra p. 14, n. 6, sive potius alia plura hîc legisse : vide ibi. Etiam sectioni 12 illius (p. 15) nihil in his respondet. — 47 μὲν ex Par. — 52 ἐκφέρομεν Par. et Fabr.; ἐπιφ. Leid.

Pag. 13, l. 1 καὶ ex Par. et Fabr. — 24 τὰ ex iisdem. Addidi ἐς, sed singulari numero dici solet τὸ καθεστὸς vel καθεστηκός. — 26 ἴασιν? — 34 τὸν om. Par. — 35 scripsi τῷ pro τό : vide Phædon. p. 73, A. — 37 ἢ πρ. Par. — 41 πρόκλησις Wytt. et Par.; πρόσκλ. Leid. — 48 scripsi δῆλον ὅτι ἓν τοῦτο ἐν. Turbant libri : δῆλον ὅτι ὄντος καὶ δῆλον ὅτι ἐν. — 52 ἀκραιφνῆ Par.; ἀκραιφνεῖν Leid.; ἀκραιφνῆ εἶναι Wytt.

Pag. 14, l. 3 sic cod. Par.; ἐνταῦθα γὰρ τὸ ἓν ed. — 5 ἡ εἰκὼν Par., ex ν præcedenti. — 16 τῶν αἰσθήσεων Par. (qui ut Leid. sectionem facit in Εἰ 15); τῶν αἰσθητῶν ed. — 20, 21 Διό... ταῦτα ex Par. addita. — 34 τὴν Par.; τοῦ ed. — 40 καὶ αὐτὸ Πλ. om. Par. — 41 τῆς ex Par., qui 42 ἐν ᾗ, ed. ἐν ᾧ, neutrum recte; fort. ἧς.

Pag. 15, l. 2 ἡ ex Par. — 5 ὅπερ Par. — 6 Ἄλλο vertit Wytt. — 8 καὶ ποῦ οὖν Par. — 23 περιφυῆναι codd.; περιφῆναι ed. — 28 λέγειν duo codd. recentes.

Pag. 16, l. 6 πυριδίων Toupius; libri πυρίων. — 18 ἀκίνητον tres codd. optimi; ἀεικίνητον sex alii. Deinde deleo καὶ ante κατά. — 32 οἷον τὸ πᾶν Wytt. — 35 καὶ ἐόντα ex cod. B (omissa in AH) et quinque aliis, pro καὶ ὄντα. — 36 ed. ἰδίαν δὴ, quod in nullo codice. — 40 κατ' ἰδίαν φέρεσθαι, ὥστ. cod. B (et 39 γέγονε).

Pag. 17, l. 5 ἔκδρομον codd. AH. — 11, 12 τῇ φύσει H solus. — 18 πλεῖον om. B et tres recentes. — 23 εἶχεν cod. A. — 27 ἐπὶ τὸ ὕδωρ codd. AH. — 39 λαμβάνοντα cod. H. — 42 sic Gaisford. ex tribus recentibus; veteres AH ἐγγεγραμμένος. Ed. ἐγκεκαλυμμένος. — 44 ἀπόκρυφος codd. AH; ed. ἐπικρ. Ex iisdemque veteribus et aliis 46 κατάδηλον pro ὄῆλον.

Pag. 18, l. 6. καὶ ex codd. AH. — 7 ας iidem pro ἱερείας. Simili omissione truncant versum Hesiodi in fine, p. 20. — 13 γὰρ, φησὶ (sic enim vulgo, quod delere non debebam) omitt. AH, errore ex sequenti ταρ. orto. — 20 δὲ τὸ iidem, et 21 ἔστι μᾶλλον pro μᾶλλόν ἐστιν. — 41 ὑπολαβόντες iidem. — 45 ἄλλο ἢ σκιὰ cod. H. — 46 ἀποκρύψῃ tres recentt.; ἀνακρύψῃ AH; ὑποκρύψῃ ed. — 50 ἐπιφαύσῃ AH.

Pag. 19, l. 3 ἀμφοτέροις cod. H. — 7 καὶ τῶν πυρ. AH. — 9 ἀπὸ τρόπου Gaisfordus; libri ἀπότροπον. Deinde θεὰ AH, qui 12 omittunt

ἔφη. — 27 τεμοντος αὐτοῦ iidem. — 33 Πλαταιάδων iidem. — 49 ἐάν τε, 50 περὶ τὴν iidem.

Pag. 20, l. 1 ὡς πρότερον ἔφη τὸ codd. AH. — 4 δὲ διανέσχεν H. — 6 σωτηρίου AH. — 12 ἀπὸ τῶν cod. B et tres rec. — 15 ἕδος Bentleius (cujus certas emendationes, ut par erat, in epigrammate recepi); libri εἶδος. — 24 κοπῆναι AH; δυσέργαστον tres recentt. — 29 τρυφῆς cod. D (recens) et varr. antiquæ; μορφῆς B et duo recc.; ceteri τροφῆς.

XI. Pulcherrimum codicem Procli, sæc. X, (A ap. Gaisf., n. 2771) iterum adhibui.

Pag. 21, l. 29 φασὶ ex cod. B additum, habet etiam A. — 38 τῷ Gaisfordus pro τό. — 40 τοῖς addidi ex A, qui τοῖς ἐν τοῖς π. φερομένοις, quæ emendavit Wytt.

Pag. 22, l. 2 μητιόεντα (pro τερπικέραυνον) etiam A. — 13 συνθεῖναι ex A; edebatur ἐκθεῖναι. — 27 νοήσῃ A, non νοήσει. — 36 ἀμείνω etiam A. — 39 corrigendum puto οὐκ ἔχουσα δύναμιν. — 47 scripsi ἐκτρῖψαι. Cod. A ἐκτρίψας, ceteri ἐκτρίψαντας. — 48 τὴν ex A. — 49 ναυμαχῆσαι dedi pro ναυμαχήσαντας.

Pag. 23, l. 2 scripsi ὅσα οὖν ἂν ἀπόλ. Edebatur ὡς οὐκ ἂν οὐδὲν ἀπόλ., sed οὐδὲν non est in A B Trinc., quod Wyttenb. vertebat : « ita ut statuamus, omnino nihil *nisi* per vicinum perire », ascito εἰ μὴ ex versu Hesiodi. — 4 verti quasi scriptum esset τοὺς γείτονας συναντιλαβέσθαι. Gaisfordus conjecit εἰς τὰ ἀπολλύμενα τοὺς γείτονας συμβάλλεσθαι, duce Heraclide cap. 11, qui rem exponit : Ἔθος ἦν τοῖς Κυμαίοις εἰς τὰ κλοπιμαῖα συμβάλλεσθαι τοὺς γείτονας· διὸ καὶ ὀλίγα ἀπώλλυντο· πάντες γὰρ ὁμοίως ἐτήρουν· καὶ Ἡσίοδος ἐντεῦθεν δοκεῖ λέγειν, Οὐκ ἂν βοῦς κτλ. — 49 τὸν ἀφαιρ. Gaisfordus, et sic A; τὰ ἀφ. editi.

Pag. 24, l. 3 edebatur πράξοιμεν. — 50 editt. καὶ Ἀρίσταρχον καὶ Πλούταρχον, sed Aristarchum ignorant codices Tzetzæ. Procli scholium non exstat.

Pag. 25, l. 5 ὡς δῆλον cod. A, quod conjecerat Gaisf.; καὶ δῆλον ed. — 6 post τελετῶν, ubi ceteri desinunt, pergit A ἐν οἷς ἔλεγε τοῦ ἐπιχόρη etc., quæ acutioribus corrigenda relinquo. — 18 ed. εἰσήγαγε. Sed A præbuit εἰσήγαγεν ὥστε (sic) τὰ ἱερὰ τὴν ἰδίαν χρῆσιν, quæ in ceteris omissa. — 34 κεῖνον οὐ σ schol. Pindari (fr. 202); κεῖνο σ. libri Procli. — 39 οὐκ οὖσαν τῶν ed., sed cod. A οὐκ ἔστι τ., cui præposui ἡ, absorptum antecedenti N. — 47 uncis circumdata in margine habet A, sine μηνὸς, Μαρτ. eadem manu, κα′ recenti [illegible]. — 48 τριμηναῖος A. — 49 τῶν ἐαρινῶν præbuit A; τῷ ἐαρινῷ ed. — 52 ἦν Ἐφεσίῳ idem codex, ut Trinc.; ἐν Ἐφέσῳ ed.

Pag. 26, l. 11 τὸ πλεῖον ex B Gaisf., quem sequi non debebam; recte ἐστὶ πλεῖον in A et ed. — 15 Βοιωτοὺς καλεῖν A, ut editi; ex B mutabat Gaisf. — 16 τὸ scripsi pro τὸν, et 17 συνάδειν pro συνάδοντος. Ibidem A βουκαίρῳ, non βουκέρῳ, ut ceteri. — 18 Ἕρμαιον A. — 19 μετὰ τὸν βού καὶ cod. A, confirmans Wyttenbachii emendationem ineptorum μετὰ τὸν βούδορα. — 49 edebatur συντομίαν.

Pag. 27, l. 9 ἐκ πετάλλων τάδε ἀν A. — 10 idem γυναῖκες μιαρώταται, hoc ordine. Ad σκόλυμος glossa : λάχανον ἀκανθῶδες θέρους ἀνθοῦν. — 49 malim εἰς τὸ μὴ φωραθῆναι τοιοῦτον [οὐκ] ὄν, quam cum Wytt. εἰς τὸ φωρ. μὴ τοιοῦτον ὄν.

Pag. 28, l. 1 omnes τὴν δὲ Ἄσκρην, et 2 post χειμῶνος cum absurdo assumento ὑπάρχουσαν καταλιπεῖν, quo non inquinatur cod. A. Delevi δ' ex sequenti A natum. — 27 πεντήκοντα λέγων ed., sed A recte sine λέγων. — 32 fortasse ἐπήγαγε τὸ [θεῖον, ὥστε κατὰ] πᾶν αὐτὴν etc. — 34 πράξομεν, οὓς dedi, duce A qui πραξαμένω. Editi πράττοντας. — 40 μίαν ex A; μὲν μίαν ed. — 51 τὰ ἁμαρτήματα τοῦ φίλου προσφέρειν A. — 54 θαρρήσαντας τυγχάνειν τινὰ ex A; θαρρ. ἔστιν ὅτε editi, hoc usu verbi θαρρεῖν non intellecto.

Pag. 29, l. 1 ἐναντίον λύον ed.; sed prius recte ignorant A et B. — 10 καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς add. Wytt.; conf. Plat. Rep. 1, p. 331, 332. — 26 εἰκόνα singulariter dictum; nam quod sequitur, τρόπος est, non εἰκών. Locum Platonicum non habeo in promptu. Neque Plato neque Plutarchus dicebant εὐποιίας. — 28 ad 32 ex cod. A; vid. annot. Gaisf. — 34 νόος A hîc et in versu poetæ. — 35 fort. Τῷ. Aut supple λέγων. — 53 ἑαυτῆς ed.

Pag. 30, l. 6 ad 10 secundum A; vid. annot. Gaisf. — 7 θεῖναι scripsi pro εἶναι. — 9 παρὰ τούτου requiritur. — 19 τῶν accessit ex A, item l. 27 περί. — 44 αἱ om. A. — 49 τι πρὸ τῆς ed., sed recte A qui non agnoscit præpositionem.

Pag. 31, l. 8 καὶ περιττώματα scripsi; καὶ (om. A) περιττωμάτων ed. — 36 κατὰ τοῦτο scribendum putavi pro καὶ τ.

Pag. 32, l. 5 διοικηθείσῃ scripsi; διοιχηθείσῃ AB; διοχηθείσῃ Trinc.; διοχευθεύσῃ ed. — 7 προ-

καλ. A et Wytt.; προσκαλ. ed. — 16 λέγειν A recte; λέγει ed.

Pag. 33, fragm. 5, lin. 5 seq. τὸν θάνατον εἶναι ψυχῆς κ. σ. διάλυσιν dedit Gellii cod. Parisinus; edebatur ὁ θάνατος ψυχῆς κ. σ. διάλυσις.

XIII. Versavi codices Paris. A (2403) et B (2726).— 11 τί δὲ τὰ τοῦ ἡλ. σημ. ed. Sequor codices sæpe tacitus : quare in harum Quæstionum excerptis indico quodcumque e conjectura fluxit, taceo correctiones a codicibus confirmatas. — 30 περιφέγγειν Wyttenb. : περιφεύγειν codd. — 33 προϐ. idem et Bekk.; προσϐ. codd., etiam Mosq.

Pag. 34, l. 4 προσεχῆ, *propinqua*, ed. et codd.: quod κοίλοις et τοῖς ἐν βάθει opponi non potest; quare προεχῆ dedi, quod in scriptoribus legere memini, quanquam ex solo Hesychio allatum. — 7 τάς τε ἀκτ. cod. A. — 17 ὥσπερ recte in latinis omisit Wytt. — 44 τοῦ σχίνου omnes. — 47 κατὰ τρόπον A; κ. πρέπον ed.; μετὰ τὸ πρέπον B.

Pag. 35, l. 5 Ἢ Bekker.; ὁ ed. et codd., etiam Mosq. — 9 ἀντηχεῖ scripsi; ἀντέχει omnes. — 16 ἡ cod. A; ὁ ed. — 24 ἐπέρχ. in solo B. — 33 scripsi ὅσ' ἂν pro ὅταν, et ἢ ψυχρ. pro καὶ ψυχρ., nam η in antiquioribus fuisse ostendit A : ὅταν οὖν κεκραμένη ὑγρότητι ἡ ψυχρότης παραπλ. etc. — 47 γενέσεως codd. — 53 οὕτως Ἀπολλ. om. B.

Pag. 36, l. 15 ad 23 non habet B. — 17 τοῦτο om. Mosq. — 23 τοῦ βιαζόμεναι codd.

Pag. 37, l. 6 ὄπισθε cod. A. — 10 scripsi καὶ τῶν pro ϑ τῶν. Post πέφυκε l. 7 omnia desunt in codice A.

In titulo XVI dele B et *altero* (ap. Wytt. *primo*), quod fundamento nullo niti videtur. — 39 ὑφαντικὰς A, quocum delere debebam sequens γεωργίαν.

Pag. 38, l. 23 conf. Jacobs. Lect. Stob. p. 43. Sed ἁπλοῦν sanissimum est. — 38 malis κακομήχανον. — 32 imo Δικαστὴς δ' ἄριστος. — 33 ἄλλης A lapsu.

Pag. 39, l. 13 fortasse διὰ τῆς κρ. Haud dubie desunt quædam. — 15 μέντοι A, non μέντοι. Omissum aliquid esse post τινός, velut ἀγαθοῦ, sententia indicat. — 41 scribendum ὅστις καὶ ex A. — 44 velle videtur ἔξω [τίθησι] κακίας. — 47 post οὕτως exciderunt quædam : nam hoc dixisse videatur : *Ut splendidum est beneficia conferre, ita* [*justum et officii lege debitum*] *rependere.* Sufficit fortasse οὕτω [τοὺς εὖ ποιήσαντας] ἀμειπτέον, ἵνα etc. Adde hunc locum congestis a Schneidero et L. Dindorfio ad Xenoph. Hellen. p. 151 sq. ed. Oxon. sec. — 50 fort. ἑτέρων, [εἰ μὴ] ἀνεκόπη [τὰ] πρὸς εὐεργεσίαν. Sed neque hæc satisfaciunt et in negligentia librarii vel excerptoris omnis opera perdi videtur.

Pag. 40, l. 1 scribe πρός τ' ἄλλα (ut A), deleto τὰ, quod Gaisf. inferre non debebat. — 19 tantavi τὸ δρᾶν. Libri δρᾶν. — 21 παναρχαίου Jacobs. Lect. Stob. p. 99. Notandum est in A πάλαι ultimum vocabulum esse paginæ, ἀρχαίου primum versæ : tali autem loco non raro aliquid turbatum. — 22 ἐνίδρυσαν addit Wytt.; in οἱ πρῶτοι vitium latere censet Jacobs.— 24 καὶ τὰ τῶν scripsi pro κατὰ τῶν, et l. 25 τεχνῶν. Libri τινῶν, Jacobs. πηλῶν sive ῥύπων. — 32 εἴθε etiam A. — 36 οὖν om. A. — 37 οὔτ' εἶεν ἂν scripsi pro οὔτε ἴσμεν, quod non intelligo. — 40 οὐδὲν pro ὁ δὲ, 41 ὧν, et 43 εἰς βιαστὰς ἡδονὰς pro ἀϐιάστοις (ἀϐιάστας Damasc.) ἡδοναῖς Jacobs. p. 55.

Pag. 41, l. 6 ἄρρη στεύεις (sic) A. — 13 αὐτας (sic) A. — 15 εἰς μωρίαν Jacobs. p. 56. Libri εἰς αἰῶνα. Quem mireris neglexisse quod sequitur καθεύδουσιν εἰς ἔργα, imo εἰς ἀργίαν, cujus ob δίκην statim subjicitur οὐκ ἐπιστρέφονται πόλεων, malim πόλεως. In codice hæc ita distinguuntur, μεϑ. εἰς ἀναισθησίαν · λαγνεύουσιν · εἰς αἰῶνα καθεύδουσιν · εἰς ἔργα οὐκ ἐπιστρέφονται πολ. — 50 lege cum codd. Ἀλλ' ἡ ἀπλησία etc. : *Quid quod illa insatiabilis cupido in divitibus est etiam insania incredibilis* etc. — 22 legebatur κακουμένους. Futurum requirebatur, quod præbuit A καμουμέναις, non quod enotatur κακ. — 25 ἃ ἐλπ. Gaisfordus recte pro δὲ (δ') ἐλπ. — 28 scribo οὗ (*ubi*) πόνων πέρας ἐστὶν οὐδὲν etc. — 42 in A a pr. m. γνώ et fort. μην, compendium τὴν est a sec.

Pag. 42, l. 13, 14 μηδὲ ἀνδρὶ ἀπαιδευσίαν in altero loco. — 22 ponere debebam haud dubie genuinum καὶ τῇ ἑϐδόμῃ ἀπέϑανον, ex A, qui 27 item melius καί τις τοιόνδε. — 35 αὐτοῦ A, non αὐτῷ, quod ex Grotio petierit Gaisf. — 41 recte ἐκλάμψωσι in libro An seni etc. p. 787, C. — 43 scribe Ἱππ. δύο λέγει εἶναι φϑ. ex A., ubi l. 44 τοῖς ante τιμ. notatur ut delendum. — 46 ἰδίοις A, non οἰκείοις.

Pag. 43, l. 2 scribe ex A τιμωρία τις γέγραπται κατ' αὐτῶν, et 4 ἄριστον κτῆμα ὂν τὴν φ. — 10 sqq. justum horum ordinem, quem solus servavit A, Gaisfordus verbo indicat, quam indicationem male neglexi. Scribe ᾧ καὶ ἵππους ἐχαλίνωσε, καὶ βόας ἀρότροις ὑπέζευξε, καὶ « ἐλέφαντας ὑπὸ δρυμὸν εἶλε ποδάγραις (malim fere ποδάγρᾳ, indicio A qui

Pag. 155, l. 3 καὶ εἰς τὸ αὐτὸ uterque, in A deleta. — 25 οἶδ' ἦκεν μανέσσει 0. A.; ἦκεν μανε 0. E, cum lacuna. — 39 A in marg. γὰρ θεοὶ μυρισμὸν θέσαν. — 42 ἥμασι E. — 49 om. E cum γυμνόν. — 50 εἵματά τ' AE.

Pag. 156, l. 2 ταφῆδε E. — 3 sic ed. et marg. A; in serie uterque τὰ δὲ πέρα τούτων καὶ ζῷα, quod recipere debebam. — 14 fortasse ἐπιναυμαχίαις [καὶ] παραποταμίοις. Addunt enim AE παρὰ ποταμῷ, in illo punctis subnotatum. E ἐπὶ ναυμαχίᾳ. — 29 προμάχοισι σ. AE. — 40 καὶ μῆκος EA, qui illud in marg. — 48 ἠρήρειστο, τοὺς AE.

Pag. 157, l. 10 μητίσομαι AE. — 16 τὸν ν. uterque. — 53 δὲ τῆς Wytt. pro μὲν τῆς.

Pag. 158 l. 9 nihil nisi λέγει κατὰ τ. 0. E. — 25 Τυνδάρεως uterque, qui 26 fortasse omittunt αὐτοῖς; in E deesse ἀνατί0. distinctius annotatur. — 27 ἐν οἷς ed. et A inter lin. — 30 fort. διηγεῖται, [ποιεῖται] σημ. — 50 νόσος, 51 ἀγανοῖσι βέλεσσιν E.

Pag. 159, l. 2 ἔπλετο κύντερον ἄλλο AE. — 7 sic codd. — 11 σε τι μελ. AE cum lac. — 32 ὄντας Wytt. pro οὕτως. — 37 sic ed. et marg. A; in serie uterque δυσπονέος. — 41 σύντασις Wytt. pro σύστασις. — 47 καὶ πολύπνος uterque, et 51 ὑγείας.

Pag. 160, l. 16 sic Wytt.; ἡ σκέπη ed., σκέπη E. Uterque καλύπτει, alterum A in marg. — 17 egregie Hercherus Κόπου δὲ λουτρὰ, quod sero mihi innotuit. — 23 ἐπ' EA, qui inter lin. ἀ. — 31 αὐτὸ AE. — 43 ὁ γὰρ om. E. Vide Wytt.

Pag. 161, l. 8 οὖν ed. et marg. A; in serie uterque μέντοι. — 10 recipere neglexi ἅπερ συλλήβδην ὅτταν καλοῦμεν ex AE. Alterum A in marg. — 17 marg. A μοι φαίνει ἐνειρομένων ἀνθρ. et 18 τέρας φάνη μοι. — 23 ὅτ' ἄκ. E. — 27 πλὴν ὅτι καὶ τρ. EA, qui alterum in marg. — 48 τοιαῦτα ἰδ. om. E. — 52 malim που ἕλ., et scribam παρ' αὐτῷ, deletis εὗρε γάρ.

Pag. 162, l. 7, 8 recipiendum erat ex AE αὐχεῖν ἐφ' οἷς οὐδεὶς τῶν ἐν δυνάμει καθεστηκότων, καὶ ἐπὶ τούτοις κολάζεσθαι, γελᾶν ἐπ' αὐτοῦ (leg. αὐτῷ) παρασκευάζων (παρεσκεύαζεν A, qui vulg. in marg.). — 52 μορφὰς Wytt. pro ἀφορμάς.

Pag. 163, l. 2 τὰς εἰκόνας EA, qui alterum in marg. — 3 aliqua excidisse puto post εἰκάσαι. — 25 γὰρ ὡς ἐν E. — 34 αὐτοῦ A.

Pag. 164. Scripserat Plutarchus Παροιμιῶν βιβλία β'. Nostram grammatici recentis collectionem ex cod. Mediceo edidit Jac. Gronovius. De singulis pauca dicenda reliquit Leutschii acumen et diligentia in Corpore Parœmiogr. I, p. 321 seqq.

Pag. 165, n. 12 scribi debere existimo ὁ Κερκυραίᾳ μαστιγούμενος, et tentarim ἅμ' ἀλοητὸν ἠργολάβησε, *dum Corcyræo flagello percutitur*, palpitat et trepidat pedibus, *triturandi operam locavit*. — 36 scrib. μήτε ex Zenob.

Pag. 166, l. 12, 13 codex Μυχθοφορῶν· αὕτη etc. Erroris originem indicavi. Photius a Leutschio allatus, Φάων· ἐπὶ τῶν ἐρασμίων καὶ ὑπερηφάνων, unde apparet διδάσκαλος hinc alienum esse. — 14 cod. ὑπερηφάνων, ὡς φασὶ, frequenti lapsu, pro eo quod edidi.

Pag. 167, l. 33 scrib. οἱ ἑαυτοὺς ex Zenob., qui etiam ὅτι habet. — 39 ἐνὶ ed. Gronov., qui hîc immemor erat noti ssimi compendii particulæ δέ. — 40 ἰδὼν Wytt.; sed ejusdem farinæ quod modo dixit ἀποπεσὼν Κορίνθου. — 41 absurdum est ἐκ τῆς πήρας. Omnes simpliciter ἀράμενος, Noster scripserat ἐκ τῆς γῆς ἀράμενος, sed ΓΗ lectis ΠΗ et sequente αρ intelligitur origo πήρας.

Non repetii nudissimam Πλουτάρχου ἐκλογὴν παροιμιῶν (p. 343 seqq. Corporis) a Boissonadio editam, quia ne ordinem quidem proverbiorum Plutarcho sine temeritate tribueris.

Pag. 173. Tractatum περὶ μέτρων Villoisonus edidit ex cod. Paris. 1955, quo iterum inspecto Kontos paucula correxit.

Fr. Dübner.

PLUTARCHI

PERDITORUM SCRIPTORUM

FRAGMENTA.

I.

(691—695 Wytt.)

ΠΟΤΕΡΟΝ ΨΥΧΗΣ Η ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΠΙΘΥΜΙΑ ΚΑΙ ΛΥΠΗ.

ΛΟΓΟΣ ΙΖ.

I. Ἡ μὲν πρόθεσις περὶ ἐπιθυμίας γέγονε καὶ λύπης, πότερον σώματος πάθος ἐστὶν ἢ ἐπὶ σώματι ψυχῆς· καὶ γὰρ εἰ τὴν αὐτοπάθειαν ἀπολύσεται τὸ σῶμα τούτων, οὐ διαφεύξεται τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ διὰ σώματος [τὰ] πάθη φαίνεται καὶ περὶ ψυχὴν ἀπελέγχεται. (2) Ἡ δὲ κοινότης τοῦ λόγου καὶ τὰ λοιπὰ πάθη [τῇ] ζητήσει συνυποβάλλει, φόβον καὶ ἡδονήν, ὧν τὸ μὲν λύπῃ, τὸ δὲ ἐπιθυμίᾳ συμπέφυκεν· εἴγε πᾶς ἄνθρωπος ὧν μὲν λυπεῖται παρόντων, ὧν δὲ δέδιε μελλόντων, ὧν δὲ ὀρέγεται καὶ μὴ παρόντων, οἷς δὲ ἥδεται γενομένοις. (3) Τὸν μὲν γὰρ κόσμον οἱ φυσικοὶ λέγουσιν ἐκ τεττάρων σωμάτων πρώτων καὶ μεγίστων συνηρτῆσθαι, κατ' ἀντίθεσιν καὶ ἀντίταξιν ἀλλήλοις ἄνω καὶ κάτω φύσει ῥεπόντων· τὴν δὲ κακίαν καὶ ἀκοσμίαν τὴν ἐν ἡμῖν τέσσαρα πάθη τὰ πρῶτα κινεῖ καὶ διαφέρει πρὸς τοὐναντίον ἀτάκτως καὶ ἀλόγως, ἄνω μὲν ἡδονὴ καὶ κάτω λύπη, πρόσω δὲ ἐπιθυμία καὶ ὀπίσω φόβος, ὥσπερ ἐξ ὀργάνων ἀμέτρων μετασχηματιζομένην. Ἔπαρσις γὰρ αὐτῆς, ἡδονή· συστολή, λύπη· ἐκτείνεται δ' εἰς ἐπιθυμίαν· φεύγει δ' ὃ δέδιεν. (4) Ὁ γε μὴν θυμός, εἴτε τῆς ἐπιθυμίας ἐστὶν εἶδος κατ' ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως ὑφιστάμενος, εἴτε ἕτερόν τι καὶ διάφορον, πολλάκις δὲ καὶ μαχόμενον πρὸς ἐπιθυμίαν πάθος, ὡς ὑπενόει Πλάτων, οὐκ ἄδηλον ὅτι καὶ αὐτὸς παρέξει ζήτησιν εἴτε τοῦ σώματος ἐκριπτούμενος χειμάζει τὸν ἄνθρωπον * *.

II. Ἔοικε παλαιά τις αὕτη τῷ σώματι διαδικασία πρὸς τὴν ψυχὴν περὶ τῶν παθῶν εἶναι. Καὶ Δημόκριτος μὲν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἀναφέρων [ὡς] καταδιαιτῶν φησιν, εἰ τοῦ σώματος αὐτῇ δίκην λαχόντος παρὰ πάντα

UTRUM ANIMÆ AN CORPORIS SIT LIBIDO ET ÆGRITUDO.

DISPUTATIO XVII.

I. Propositum hujus disputationis est, de libidine et ægritudine quærere, utrum eæ sint affectiones corporis, an conjuncti cum corpore animi; nam etiamsi corpus ostenderit se non ipsum ac solum has affectiones suscipere, non tamen effugiet quominus ipsi culpa causaque earum imputetur, sed in corpore affectiones cernuntur et apparent, circa animum esse probantur. (2) Ceterum nostra disputatio propter conjunctionem materiæ etiam reliquas affectiones huic quæstioni subjicit, metum et voluptatem, quorum ille cum ægritudine, hæc cum libidine cognationem habet; siquidem omnis homo his rebus præsentibus ægritudinem percipit, illas metuit venientes : has res appetit absentes, illas nactus præsentes voluptatem percipit. (3) Ac prouti Physici mundum aiunt constare quattuor corporibus primis et maximis, quæ per mutuam oppositionem adversationemque sua natura partim sursum ferantur, partim deorsum vergant : ita pravitatem immunditiamque, quæ in nobis est, quattuor principes affectiones movent agitantque in contrarias partes inordinate ac sine ratione, sursum lætitia, deorsum ægritudo, libido in anteriorem partem, metus retrorsum, veluti enormibus instrumentis transfiguratam. Elatio enim animi est lætitia; contractio ejusdem, ægritudo : idem se profert ac porrigit in libidinem, fugit ab eo quod metuit. (4) Ira vero, sive ea sit libidinis genus positum in appetitu referendæ læsionis, sive alia et diversa sæpeque adversus libidinem pugnans affectio, quod Plato suspicabatur; haud obscurum est quin et ipsa nobis præbitura sit quæstionem, utrum e corpore prorumpens homini tempestatem inferat, *an ex animo* **.

II. Videtur vetus quædam hæc lis esse corporis cum animo de affectionibus. Ac Democritus quidem animo tribuens culpam, tanquam arbiter condemnans, « si, inquit, corpore animum in jus vocante propter dolores et vexatio-

τὸν βίον ὧν ὠδύνηται [καὶ] κακῶς πέπονθεν, αὐτὸς γένοιτο τοῦ ἐγκλήματος δι[καστὴς], ἡδέως ἂν καταψηφίσασθαι τῆς ψυχῆς, ἐφ' οἷς τὰ μὲν ἀπώλεσε τοῦ σώματος ταῖς ἀμελείαις καὶ ἐξέλυσε ταῖς μέθαις, τὰ δὲ κατέφθειρε καὶ διέσπασε ταῖς φιληδονίαις, ὥσπερ ὀργάνου τινὸς ἢ σκεύους κακῶς ἔχοντος τὸν χρώμενον ἀφειδῶς αἰτιασάμενος. (2) Θεόφραστος δὲ τοὐναντίον ἔφη, τῷ σώματι πολλοῦ τὴν ψυχὴν ἐνοικεῖν, ὀλίγου χρόνου βαρεῖς μισθοὺς ὑποτελοῦσαν, τὰς λύπας, τοὺς φόβους, τὰς ἐπιθυμίας, τὰς ζηλοτυπίας, αἷς συμφερομένη περὶ τὸ σῶμα δικαιότερον ἂν αὐτῷ δικάζοιτο πηρώσεως ὧν ἐπιλέλησται, καὶ βιαίων ἐφ' οἷς κατέχεται, καὶ ὕβρεων ὧν ἀδοξεῖ καὶ λοιδορεῖται, τῶν ἐκείνου κακῶν ἀναδεχομένη τὰς αἰτίας οὐ προσηκόντως.

III. Ἀγωνιστέον οὖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας· καλὸς γὰρ ὁ ἀγών· καὶ τῇ ψυχῇ ὁ λόγος πάντως χρήσιμος, εἰ μὲν οὐκ αὐτῆς τὰ πάθη φαίνεται, πρὸς ἀπολογίαν· εἰ δ' αὐτῆς, πρὸς ἀπαλλαγήν· ὥστ' ἢ φυλάξασθαι τὸ ἑκούσιον, ἢ μὴ λοιδορεῖσθαι τὸ ἀλλότριον.

IV. Ἔδει μὲν τοὺς δογματικοὺς καὶ καταληπτικοὺς εἶναι φιλοσόφους φάσκοντας, εἰ μὴ περὶ ἄλλο τι, τήν γε τῶν παθῶν ἐνέργειαν ὁμολογεῖν ἀλλήλοις καὶ συμφέρεσθαι· πολὺς δὲ αὐτῶν ὁ παράλογός ἐστιν. (2) Οἱ μὲν γὰρ ἅπαντα συλλήβδην ταῦτα τῇ ψυχῇ φέροντες ἀνέθεσαν, ὥσπερ Στράτων ὁ φυσικὸς, οὐ μόνον τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ καὶ τὰς λύπας, οὐδὲ τοὺς φόβους καὶ τοὺς φθόνους καὶ τὰς ἐπιχαιρεκακίας, ἀλλὰ καὶ πόνους καὶ ὀδύνας καὶ ἀλγηδόνας, καὶ ὅλως πᾶσαν αἴσθησιν ἐν τῇ ψυχῇ συνίστασθαι φάμενος καὶ τῆς ψυχῆς τὰ τοιαῦτα πάντα εἶναι, μὴ τὸν πόδα πονούντων ἡμῶν ὅταν προσκρούσωμεν, μηδὲ τὴν κεφαλὴν ὅταν κατάξωμεν, μὴ τὸν δάκτυλον ὅταν ἐκτέμωμεν· ἀναίσθητα γὰρ τὰ λοιπὰ πλὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ, πρὸς ὃ τῆς πληγῆς ὀξέως ἀναφερομένης τὴν αἴσθησιν ἀλγηδόνα καλοῦμεν. (3) Ὡς δὲ τὴν φωνὴν τοῖς ὠσὶν αὐτοῖς ἐνηχοῦσαν ἔξω δοκοῦμεν εἶναι, τὸ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν διάστημα τῇ αἰσθήσει προσλογιζόμενοι, παραπλησίως τὸν ἐκ τοῦ τραύματος πόνον, οὐχ ὅπου τὴν αἴσθησιν εἴληφεν, ἀλλ' ὅθεν ἔσχε τὴν ἀρχὴν εἶναι δοκοῦμεν, ἑλκομένης ἐπ' ἐκεῖνο τῆς ψυχῆς ἀφ' οὗ πέπονθε. (4) Διὸ καὶ προσκόψαντες αὐτίκα τὰς ὀφρῦς συνάγομεν, τῷ πληγέντι μορίῳ τοῦ ἡγεμονικοῦ τὴν αἴσθησιν ὀξέως ἀποδιδόντος, καὶ παρεγκόπτομεν ἔσθ' ὅτε τὸ πνεῦμα· κἂν τὰ μέρη δεσμοῖς διαλαμβάνηται, [ταῖς] χερσὶ σφόδρα πιέζομεν, ἱστάμενοι πρὸς τὴν διάδοσιν τοῦ πάθους, καὶ τὴν πληγὴν ἐν τοῖς ἀναισθήτοις θλίβοντες, ἵνα μὴ συνάψασα πρὸς τὸ φρονοῦν ἀλγηδὼν γένηται. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Στράτων ἐπὶ πολλοῖς ὡς εἰκὸς τοιούτοις.

V. Ἔνιοι δὲ ἄντικρυς καὶ δόξαν καὶ διαλογισμὸν εἰς τὸ σῶμα κατατείνουσιν, οὐδ' εἶναι αἰτίαν παράπαν ψυχὴν λέγοντες, ἀλλὰ τῇ τοῦ σώματος διαφορᾷ καὶ ποιότητι καὶ δυνάμει συντελεῖσθαι τὰ τοιαῦτα. (2) Τὸ μὲν γὰρ Περὶ τῶν ἐν ᾅδου βιβλίον ἐπιγραφόμενον, ἐν ᾧ τὴν ψυχὴν τῇ οὐσίᾳ παρυπάρχειν ἀποφαίνεται ὁ λό-

nes per totam vitam illius causa toleratos, ipse esset ejus litis judex, libenter se condemnaturum animum eo nomine, quod corporis partes alias per negligentiam perdiderit, quasdam per ebriositatem dissolverit, alias corruperit ac distraxerit per luxuriem, » tanquam invalido instrumento immoderate abusum culpans. (2) At contra Theophrastus, « animum, dixit, magno pretio in corpore habitare, qui brevis temporis graves pendat mercedes, ægritudines, metus, libidines, obtrectationes, quibus in corpore quum agitetur et commisceatur, ipsum longe justius litem intendere corpori, quum mutilationis, propter ea quæ oblitus est, tum de illata vi, quia constrictus tenetur, tum denique contumeliæ, quod male audit ac vituperatur corporis culpa, quippe hujus vitiorum, ipsi alienorum, crimina sustinens. »

III. Certandum igitur pro veritate. Pulchrum enim est certamen, ac disputatio sane utilis animo. Valebit quippe ad eum liberandum vel crimine, si apparuerit affectiones non ab ipso proficisci; vel ipsis affectionibus, si hæ ex ipso nasci videantur : ut aut suam culpam caveat, aut alienæ vituperium ne ferat.

IV. Oportebat quidem eos philosophos qui se decernendi comprehendendique patronos ferunt, si minus aliis de rebus, certe de affectionum efficacia inter se consentire et congruere. Nunc, multus eorum est dissensus. (2) Alii enim affectiones ad unam omnes in animum conferunt : veluti Strato physicus, statuens non solum libidines, sed et ægritudines, nec metus et invidias duntaxat atque obtrectationes, sed et labores, dolores, cruciatus, omnemque omnino sensum in animo consistere, et animi esse quidquid hujusmodi sit : neque enim pede nos dolere quum offenderimus, neque capite quum id confregerimus, nec digito quum amputatur : omnia sensus esse expertia, excepta principe animi parte, ad quam quum ictus corporis celeriter propagatur, ejus ictus in animo sensum vocamus dolorem. (3) Atque ut vocem in ipsis auribus sonantem, extra eas esse putamus, quia intervallum illud quod ab initio soni ad animi principem partem pertinet, ipsi sensui annumeramus : similiter dolorem vulneris putamus ibi esse ubi initium cepit, non ibi ubi sensum accepit; nimirum quia animus eo trahitur, a quo affectus est. (4) Igitur aliqua corporis parte ubi offendimus, continuo supercilia contrahimus, quoniam animus celerrime sensum in icta parte reddit, et nonnunquam spiritum retinemus et intercludimus; et quando artus fasciis constringuntur, manu vehementer comprimimus, resistentes progressui mali nobis illati, et ictum cohibentes in partibus sensu carentibus, ne ad cogitantem principemque animi pertingat atque ita dolor fiat. Hæc Strato igitur præter alia, ut consentaneum erat, multa ejusmodi.

V. Nonnulli vero palam et opinionem et ratiocinationem in corpus detrahunt, nullam omnino causæ partem animo relinquentes, sed corporis mutatione, qualitate, facultate, talia effici statuentes. (2) Nam illum De Inferis libellum, cujus ea est ratio ac disputatio ut ostendatur animum non esse per se, sed essentiæ adesse ac veluti qualitatem inhæ-

γος, οἱ μὲν οὐδ' εἶναι τὸ παράπαν Ἡρακλείδου νομίζουσιν, οἱ δὲ πρὸς ἀντιπαρεξαγωγὴν [συν]τετάχθαι τῶν εἰρημένων ἑτέροις περὶ οὐσίας ψυχῆς· ὅτῳ [δὴ] γεγραμμένον ἄντικρυς ἀναιρεῖ τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ὡς τοῦ σώματος ἔχοντος ἐν αὑτῷ τὰς εἰρημένας δυνάμεις πάσας. (3) Οἳ δὲ ὥσπερ διὰ μέσου τῷ λόγῳ ἐπεχείρησαν ἀφορίζειν [τὰ] τῆς ψυχῆς ἴδια πάθη καὶ τὰ τοῦ σώματος, ἐν κοινῷ καὶ πλάτος οὐκ ἔχοντι τόπῳ φερόμενοι συνεχύθησαν.

VI. Ὁ γε τοι Ποσειδώνιος τὰ μὲν εἶναι ψυχικὰ, τὰ δὲ σωματικά· καὶ τὰ μὲν οὐ ψυχῆς περὶ ψυχὴν δὲ [σωματικὰ * * ψυχικὰ μὲν] ἁπλῶς τὰ ἐν κρίσεσι καὶ ὑπολήψεσιν, οἷον ἐπιθυμίας λέγων, φόβους, ὀργάς· σωματικὰ δὲ ἁπλῶς πυρετοὺς, περιψύξεις, πυκνώσεις, ἀραιώσεις· περὶ ψυχὴν δὲ σωματικὰ, ληθάργους, μελαγχολίας, δῆγμοὺς, φαντασίας, διαχύσεις· ἀνάπαλιν δὲ περὶ σῶμα ψυχικὰ, τρόμους, καὶ ὠχριάσεις, καὶ μεταβολὰς τοῦ εἴδους κατὰ φόβον ἢ λύπην. (2) Διόδοτος πάλιν ἴδια μέν τινα τοῦ λογικοῦ φησὶ τῆς ψυχῆς πάθη, ἴδια δὲ τοῦ συμφυοῦς καὶ ἀλόγου εἶναι, ῥιπταζόμενος ἐπὶ πάντα καὶ ψηλαφῶντι προσεοικὼς τὰς διαφοράς. Ὅπου γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγγείων ἔργον ἐστὶ διακρῖναι πότε τῇ περὶ αὐτὰ κακίᾳ τὸ ἐγκεχυμένον διέφθαρκε, καὶ πάλιν πότε τῶν ὑγρῶν νοσησάντων διαβέβρωται (κέκρυπται)· ἧπού γε τῆς ψυχῆς ἀναμεμιγμένης εἰς τὸ σῶμα καὶ κατὰ σύγκρασιν ἑνωτικὴν συμπεφυκυίας ἄπορόν ἐστιν ἐκκαθᾶραι τὴν διαφοράν. (3) Ὅρους ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιζητεῖς, οὓς ἡ φύσις ἀνεῖλεν, ἐκ δυοῖν μίαν γενέσθαι σοφιζομένη; καὶ τῷ λόγῳ παρενδῦναι ἀρχόμενος διαστέλλεις κοινωνίαν οὐδενὶ λυτὴν οὐδὲ χωριστὴν ἢ μόνῳ τῷ θανάτῳ; ἐκεῖνος δὲ τὰ πρὸς ἄλληλα [συνδεθέντα δια]κόψας ἢ ἀποκρίνας θάτερον, ἐξελέγξει τὴν ἑκατέρου φύσιν ὅσον εἶχεν ἀλλότριον· μέχρι δὲ τούτου τὸ συγκεκραμένον ἡ κοινωνία δείκνυσιν, ἀρνουμένη ἐκ δυοῖν εἶναι, καὶ ἀποκρύπτουσα τὰς ἀμφοῖν εἰς κοινὸν ἀρχὰς, καὶ ἀναπιμπλᾶσα θατέρου θάτερον, ὡς μήτε ψυχῆς εἶναι πάθος ὃ σώματος οὐ καθάπτεται, μήτε σώματος μεταβολὴν ἢ διὰ ψυχῆς οὐ κεχώρηκε. (4) Κινδυνεύομεν ὅμοιόν τι ποιεῖν τῇ περὶ τοῦ Ὥρου ὑπ' Αἰγυπτίων μυθολογουμένῃ διανομῇ, δικάσαντος τινὸς τῶν παλαιοτέρων θεῶν, ἐπεὶ τῷ πατρὶ τιμωρῶν ἀπέκτεινε τὴν μητέρα, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ καὶ τὸν μυελὸν καταλιπεῖν, περιελεῖν δὲ τὴν πιμελὴν καὶ τὰς σάρκας, ὡς τούτων ἐν τῇ μητρὶ τὴν σύστασιν λαβόντων, ἐκείνων δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς [κατὰ] τὴν γένεσιν ῥυέντων αὐτῷ. (5) Καθάπερ γὰρ οὗτοι τῶν σπερμάτων [τὴν] ἄνωθεν [καὶ] κατὰ φύσιν κρᾶσιν ἀχώριστον ἐπιχειροῦντες διαιρεῖν, ἄχρι λόγου μυθώδους καὶ ἀπίστου προέρχονται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμεῖς σώματος καὶ ψυχῆς εὐθὺς ἐν πρώτῃ καταβολῇ συγχυθέντων πάθη διαλαβεῖν καὶ χωρίσαι ζητοῦντες, ἀκριβοῦς σφόδρα λόγου καθάπερ ὀργάνου λεπτοῦ πρὸς τὴν διαίρεσιν δεόμεθα.

VII. Ταύτην ἀπογνόντες φιλόσοφοι φασὶ μήτε σώ-

rere; hunc igitur libellum alii omnino Heraclidis esse negant, alii ab eo scriptum putant non ex sua sententia, sed ut contrarias rationes opponeret aliorum de animi essentia disputationibus : a quocumque demum scriptus, animi essentiam penitus tollit, quasi corpus omnes illas modo dictas facultates ipsum in se habeat. (3) Qui vero quasi per medium ratiocinando conati sunt separare animi et corporis affectiones et suas utrique proprias adjungere, hi in communi ac latitudinis spatiique experte loco vecti se ipsi conturbarunt.

VI. At Posidonius alias animo, alias corpori tribuit affectiones : alias porro facit non animi, sed corporis ad animum pertinentes : *alias rursus non corporis, sed animi ad corpus pertinentes. Et animo quidem* simpliciter tribuit eas quæ continentur judiciis et opinionibus, veluti libidines, metus, iras : corpori simpliciter, febres, perfrictiones, condensationes, rarefactiones : corporis ad animum pertinentes facit veternos, furores, morsus, imaginationes, diffusiones : rursus animi ad corpus pertinentes, tremores, pallores, mutationes vultus habitusque in metu vel ægritudine. (2) Diodotus rursus, alias ait esse affectiones partis rationalis animi proprias, alias irrationalis et concretæ : is quidem in omnem partem se agitans, et quasi manu differentias contrectare studens. Nam quum de vasis difficile sit discernere, quando suo ipsa vitio infusum humorem corruperint, et quando humoris vitio ipsa corrupta peresaque sint; profecto de animo, qui corpori immixtus mutua copulatione et quasi subactione in unum cum eo coaluit et concrevit, hanc differentiam perpurgare (ut appareat quid utriusque proprium sit) imperviæ res est difficultatis. (3) Animi corporisque fines quæris, quos natura sustulit, illud molita ut ex duobus unum faceret? et disserendi ratione aggrederis te insinuare in eam compagem, eamque discernere communionem, quam excepta morte, nemini solvere aut separare fas sit? Mors demum duas illas naturas vel discernens vel discindens, utramque convincet quantum ab altera habuerit alieni. Nunc adhuc utramque concretam ostendit communio, negans eam e duabus constare, abscondens ambarum nexum in communi principio, et alteram altera replens atque afficiens; ut neque animi sit ulla affectio, quin corpus tangat : neque corporis, quin animum pervadat. (4) Et videmur simile quid facere illi in Ægyptiorum fabulis proditæ distributioni Hori : qui quum in patris ultionem interfecisset matrem, judicio alicujus antiquiorum deorum condemnatus dicitur ut sanguinem ac medullam retineret, adipe et carnibus privaretur; tanquam hæc in matre ortum habuissent, illorum ei origo a patre fluxisset. (5) Prouti enim isti seminum inde a primis naturæ initiis commixtorum inseparabilem conjunctionem separare conati ad fabulosam et incredibilem rationem progrediuntur : eodem nos modo, corporis animique a prima statim origine confusorum affectiones secernere ac distinguere studentes, ad hanc distinctionem ratione quadam valde accurata, veluti subtili instrumento, opus habemus.

VII. Hujus rationis adipiscendæ spe abjecta, quidam

ματος εἶναί τι μήτε ψυχῆς ἴδιον πάθος, ἀλλὰ τοῦ κοινοῦ· τὸν γὰρ ἄνθρωπον ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι καὶ φοβεῖσθαι, τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ τὴν ψυχήν· ὥσπερ γε πάλιν οὐ τὸ σῶμα βάλλειν καὶ ὀρχεῖσθαι καὶ περιπατεῖν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἀμφοτέροις χρώμενον, ὥσπερ ἐξ ἀμφοῖν συνέστηκε. Καὶ οὐκ ἂν θαυμάσαιμι [εἰ] τούτοις μάλιστά πως τὸ ἀληθὲς συμφέρεται. (2) Κρίσις γὰρ ἡ λύπη κακοῦ τινος αὐτῷ παρόντος ἐφ' οὗ συστέλλεσθαι καθήκει, καὶ ὁ φόβος κακοῦ μέλλοντος ἀφ' οὗ φεύγειν καθήκει καὶ ἀναχωρεῖν· ὥστε τὸν λυπούμενον αὐτὸν αὐτῷ λέγειν, ὅτι μοι κακόν ἐστι· καὶ τὸν φοβούμενον ὁμοίως, ὅτι μοι κακὸν ἔσται· ἐγὼ δὲ οὐκ εἰμὶ ἡ ψυχή, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος· καὶ τὸ κακὸν οὐκ ἐστὶ τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου, πενία, νόσος, ἀδοξία, θάνατος. Διὸ τήν τε λύπην καὶ τὸν φόβον ἀναγκαῖον εἶναι πάθη τοῦ ἀνθρώπου καὶ οὐχὶ τῆς ψυχῆς. (1) Καὶ γὰρ ἄλλως ὁρμὴ μὲν πρός [τι] πλεονάζουσα τὸ πάθος, τῷ ἀλόγῳ [τὸ] σφοδρὸν ἔχουσα καὶ ἀπειθές· ὁρμᾷ δὲ τὸ ζῷον, οὐχ ἡ ψυχὴ, πρὸς τὸ κείρασθαι, πρὸς τὸ ὁπλίσασθαι, πρὸς τὸ λούσασθαι [καὶ] καταλιθῆναι· ταῦτα γάρ ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ πρακτὰ, τῇ ψυχῇ δὲ ἀσύμπτωτα· οἷς καὶ πιθανὸν ὁρμᾶν τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ τὴν ψυχήν· εἰ δ' ὁρμᾶν, καὶ ὀρέγεσθαι· οὐκοῦν καὶ ἀλόγως ὀρέγεσθαι, τοῦτ' ἐστιν [ἐπιθυμεῖν]· εἰ δὲ ἐπιθυμεῖν, καὶ ἥδεσθαι· εἰ δὲ ἥδεσθαι, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ φοβεῖσθαι· ταῦτα γὰρ ἐκείνοις ἐξ ἀνάγκης ἕπεσθαι συμβέβηκεν· ὥστε μηδὲν εἶναι ψυχῆς ἴδιον, ἀλλὰ καὶ χαίρειν καὶ ἄχθεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον.

VIII. Ταῦτα δέ ἐστιν οὐ λυόντων τὴν ἀπορίαν, ἀλλ' ἀποδιδρασκόντων· καὶ γὰρ εἰ τὰ μάλιστα φαίη τις εἶναι τοῦ ἀνθρώπου ταῦτα πάθη, μένει τὸ ἀπορεῖν τίνι καὶ κατὰ τί ταῦτα πάσχει, πότερον κατὰ τὴν ψυχὴν ἢ κατὰ τὸ σῶμα· καὶ ὀρχεῖται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ταῖς χερσί· καὶ λακτίζει ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ τοῖς σκέλεσι· καὶ βλέπει κατὰ τὴν ὄψιν· καὶ ἀκούει κατὰ τὰ ὠτά· καὶ ὅλως τὸ μὲν ἔργον ἐστὶ κοινὸν τοῦ ἐκ τῶν πάντων συνεστῶτος, τὴν δ' αἰτίαν τῆς συμπράξεως ἔχει τὸ μέρος ᾧ προσχρώμενος ἐνεργεῖ ἄνθρωπος.

(2) Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο,

φησὶν Ἀχιλλεὺς,

χεῖρες ἐμαὶ διέπουσιν·

οὐκ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῶν πολεμικῶν ἔργων, ὅτι ταῖς χερσὶν ἐπέγραψε τὴν αἰτίαν· ἀλλὰ δῆλον ὅτι ταῖς μὲν χερσὶ κατειργάζετο τοὺς πολεμίους καὶ τῷ ξίφει, αὐτὸς μέντοι ἦν ὁ διεργαζόμενος· καὶ ὁ λέγων,

Δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος τομεύς,

οὐ τὸ κολάζον εἴρηκεν, ἀλλ' ᾧ κολάζουσιν. (3) Οὕτως οὖν ὁ τὴν [λύπην καὶ τὴν] ἐπιθυμίαν ἐπιζητῶν, πότερον τοῦ σώματός ἐστιν ἢ τῆς ψυχῆς, οὐκ ἀγνοεῖ ὅτι τὸ λυπούμενον καὶ ἐπιθυμοῦν ἄνθρωπός ἐστι, πότερον [δὲ] τῇ ψυχῇ προσχρώμενος ἢ τῷ σώματι καὶ [εἰ] κατὰ τὸ σῶμα τοῦτο πάσχει, διηπόρηκεν· ὥστε τὰς προφάσεις ἐάσαν-

philosophi aiunt, neque corporis neque animi ullam esse propriam affectionem, sed communis et ex ambobus junctæ naturæ; hominem enim affici voluptate, ægritudine, metu: hominem, non animum, prouti rursus non corpus jacere, saltare, ambulare, sed hominem utroque utentem, uti ex utroque constat. Atque haud mirer si his, qui ita statuunt, maxime quodammodo cum veritate conveniat. (2) Nam ægritudo est judicium de malo præsente in quo contrahi deceat: metus, judicium de malo veniente a quo fugere ac recedere deceat; ita ut is qui ægritudine afficiatur, ipse sibi dicat *hoc mihi malum est*: et metuens similiter, *hoc mihi malum erit*: *ego vero non sum animus, sed homo*: *et malum non est animi, sed hominis, paupertas, morbus, infamia, mors.* Itaque necesse est, ut ægritudo et metus sint affectiones hominis, non animi. (3) Nam et ceteroquin affectio ad aliquid est impetus nimius, propter rationis vacuitatem vehementiam habens et inobsequentiam: atqui impetu movetur animal, non animus, ad se tondendum, armandum, lavandum, decumbendum: hæc enim homini sunt facienda, in animum non cadunt; et his faciendis hominem impetum concipere probabile est, non animum: porro, si impetum concipit, etiam appetere; igitur et contra rationem appetere, id est cupere: si cupit, etiam lætari; si lætatur, item et ægritudine et metu affici: nam hæc illis necessario sunt consequentia. Hinc efficitur, nullam esse propriam animi affectionem, sed hominem et gaudere, et ægre ferre, et appetere, et metuere.

VIII. At ista ratio non est solventium difficultatem, sed eam fugientium. Nam si vel maxime quis affirmet has esse hominis affectiones, manet tamen illa dubitatio, qua sui parte et quatenus illis affectionibus afficiatur, utrum animo an corpore. Et saltat homo, at manibus: et calcitrat, at pedibus: et videt visu, et audit auribus. Et omnino opus quidem est commune omnium eorum ex quibus totum constat; sed causam conjunctæ actionis sustinet ea pars qua utens homo agit.

(2) Sed enim pars maxima belli,

inquit Achilles,

Hujus opus dextræ, manuum labor ille mearum est,

non ipse sibi detrahens laudem communionemque bellicorum facinorum, dum causam manibus adscribit; sed nimirum manibus et gladio conficiebat hostes, at conficiens ipse erat. Et vero alius qui ait,

Vindex atrox securis cervicem amputans,

non significat id quod punit, sed id quo punitur. (3) Sic igitur is qui quærit de libidine et ægritudine, animine sit an corporis, haud ignorat id quod ægritudinem et libidinem concipiat, esse hominem: sed illud quærit ac dubitat, utrum animo an corpore utens homo illas affectiones concipiat. Itaque omissis aliorum exceptionibus, quibus ratio non redditur,

τες ἀψώμεθα τοῦ λόγου καὶ κατὰ τὴν ζήτησιν ἤδη [γενώμεθα]

IX. Ὅσοι τοίνυν τὴν ψυχὴν οὐκ ἄφθαρτον οὐδὲ ἀθάνατον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπαθῆ πειρῶνται διαφυλάττειν, ῥώμην τινὰ τῇ ἀπαθείᾳ τὴν ἀφθαρσίαν προβαλλόμενοι, καὶ τὸ πάσχον ἀμωσγέπως ἤδη φθορᾶς ἀναδέχεσθαι πεῖραν οἰόμενοι, τὰ δὲ πάθη πάντα καὶ τὰς ἀσθενείας ὥσπερ ἐκ ῥίζης τῆς σαρκὸς ἀναβλαστάνειν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, τῶν διαφορῶν πρῶτον ἔξονται τῶν περὶ τὰ σώματα φαινομένων κατὰ χρόνους καὶ φύσεις καὶ μεταβολάς· (2) οἷον εὐθὺς ἐν νέοις ἀκμάζει τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἐν πρεσβύταις τὸ περίλυπον· τοῖς μὲν γὰρ αἷμά τε θερμὸν ἐγκέκραται, καὶ πνεῦμα ῥαγδαῖον ἐπὶ τὰς ὁρέξεις παρέστηκε, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ὀργάνοις καθαροῖς καὶ ἀκραιφνέσιν ἐμμελὲς ἀεὶ καὶ πολυσφάδαστον ἀνακινεῖ [καὶ] ἀναρριπίζει τὰς ἐπιθυμίας ὥσπερ ἐξ ὕλης νεαρᾶς ἀναπτομένας περιφορᾷ αἵματος, ἐξ ὧν μεταβαλλόμενον ἐπὶ πολλὰ ταῖς ὁρμαῖς τὸν νέον [ὁρῶμεν]. (3) Ὁ πρέσβυς, τοῦ τε θερμοῦ προλιπόντος ἤδη, ᾧ τὸ ἐπιθυμητ[ικὸν] ἀνεζωπυρεῖτο, καὶ τῷ πνεύματι χαλῶν, καὶ κατατετριμμένος τῷ σώματι, περὶ τὰς ἡδονὰς ἀμβλὺς, ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ δυσκίνητος ***

IX. Jam qui animum, non modo a corruptione et morte, sed etiam ab affectionibus liberam servare student, dum vacuitati affectionum tamquam firmamentum præstruunt incolumitatem et vacuitatem a corruptione, ac putant id quod afficiatur jam quodammodo corruptionis tentationem suscepisse, omnesque affectiones et infirmitates ex carne veluti radice in hominem procrescere: hi igitur primum eas diversitates proferent, quæ in corporibus apparent per ætatum naturarumque mutationes: (2) veluti in juvenibus viget libido, in senibus ægrimonia: illis enim et sanguis calidus immixtus est, et plenus impetu spiritus adjutor appetitionum comitatur, et corpus integris sincerisque instrumentis aptum et concinnum, ideoque ferax imaginationum continuo suscitat cupiditates, veluti ex recenti accensas materia per motum sanguinis; unde juvenem, mutato sæpe impetu, ex aliis in alias res converti videmus. (3) At senex, deficiente calore quo cupiditas excitatur, relaxato spiritu, corpore etiam attrito, quum est hebes ad voluptates, tum friget ad cupiditates ***

II.

ΕΙ ΜΕΡΟΣ ΤΟ ΠΑΘΗΤΙΚΟΝ ΤΗΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΨΥΧΗΣ Η ΔΥΝΑΜΙΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΗ.

I. Περὶ τῆς παθητικῆς καὶ ἀλόγου ζωῆς, πότερα μέρος ἐστὶ τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς ἢ δύναμις, ἐπισκεπτέον· ἐοίκασι γὰρ τῶν ἀρχαίων οἱ μὲν οὕτως οἱ δὲ ἐκείνως ἀποφηνάμενοι περὶ αὐτῆς. Ἄξιον οὖν καὶ ἡμᾶς ἀπορήσαντας καὶ ἐπὶ ζήτησιν τραπομένους ταύτῃ δοξάσαι, ᾗπερ ἂν καὶ ζητοῦσι φανεῖται πιθανώτερον.

II. Ὅσοι μὲν οὖν μέρος ἀποδιδόασιν αὐτὴν, δόξαιεν ἂν οὐκ εἶναι λέγειν ἔμψυχα τὰ ἄλογα τῶν ζώων, οὐδὲ ψυχὴν ἔχοντα, ἀλλά τι μόριον ψυχῆς· εἴ γε τοῖς ἀλόγοις ἡ παθητικὴ μέν ἐστιν, ἡ λογικὴ δὲ οὐδαμῶς. (2) Ὅσοι δ' αὖ δύναμιν, πρῶτον μὲν ἄτοπον ὅτι τῷ τόπῳ διαχωρίζουσιν αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἀντιδιαιρουμένης αὐτῇ δυνάμεως τῆς λογικῆς· οὐ γὰρ διαιροῦνται ἀπ' ἀλλήλων αἱ δυνάμεις ὅσαι τοῦ αὐτοῦ τυγχάνουσιν οὖσαι· ἔπειτα καὶ συνυπάρχειν ποιοῦσι τἀναντία κατὰ ταὐτό. (3) Αἱ γὰρ δυνάμεις τοιαῦται ὥστε ἑκάστην, κἂν ὁπόσαι οὖν ὦσι, περὶ ὅλον θεωρεῖσθαι τὸ ὑποκείμενον· τὸ δὲ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον οὐχ οὕτω περὶ ψυχήν· ἀποτέμνεσθαι γὰρ δοκεῖ τῆς ὅλης καὶ ποιεῖν αὐτὴν τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο· καὶ τοῦτ' εἰκότως· ἐναντία γάρ· τὰ δ' ἐναντία καθ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνυπάρχειν [ἀδύνατον νομίζεται. (4) Ἀλλὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον εἰ ἔστιν] ἀληθές. Οὐθὲν γὰρ ἴσως κωλύει

2. « Dicat forsitan aliquis, propter cujuscumque boni præstantiam, etiamsi reliquis in rebus omnibus nullum sit discrimen, nec sint inter se dissimiles, tamen oportere esse inæquabilem magistratuum distributionem. Differentibus enim aliud diversumque jus esse, pro cujusque eorum, quibus reddendum est, dignitate. Atqui si istud verum est, iis, qui colore et magnitudine, et quovis alio bono vincent, melior erit conditio, parsque major earum rerum, quæ distribuentur in civitate. An hoc vitium falsi non abditum est, sed apparet in summo? Perspicuum enim in aliis scientiis et facultatibus. Nam si tibicines arte similes sunt, nobilioribus genere danda non est amplior tibiarum conditio, nihilo enim doctius inflabunt tibias : sed ei, qui munere canendi ceteris præstat, major est instrumentorum exhibendus honos. Si, quod dicitur a nobis, nondum perspicuum, id postea longius progredientibus dilucidum erit. Si quis excelleret arte tibiarum, multoque inferior esset nobilitate vel pulchritudine, etsi utrumque bonum, nobilitatem dico et pulchritudinem, majus est, quam ars tibiarum, et id ex proportione et comparatione, multo magis tibicinum artem, quam tibicen ille canendi præstantia reliquos superat, tamen illi dandæ, quæ excellunt, tibiæ. Nam quod plus est divitiarum nobilitatisque, eo pertinere debet, ut ratio canendi sit perfectior : at neutra res eo pertinet. Deinde hac ratione omne bonum cum omni bono esset conferendum. Etenim si qua magnitudo ut corporis excelleret, omnino magnitudo cum divitiis atque libertate quadam æmulatione certaret. Et ita si plus haberet hic virtutis, minus ille, et major esset hujus virtute illius magnitudo, conferenda essent omnia. Si enim tanta magnitudo, quanta est in uno, superat tantum virtutis, quantum in altero est; perspicuum est, eundem modum magnitudinis et virtutis æquabilem esse. Quum autem istud esse non possit, manifestum est in rebus civilibus non propter omnem inæquabilitatem, de magistratibus cives contendere. Nam si alii tardi sunt, alii celeres, non idcirco par est, ut hi plus, illi minus accipiant civilium bonorum : sed in gymnicis certaminibus illorum contentio pretium aufert. At ex quibus constat civitas, in iis controversiam oboriri necesse est. Est igitur, cur nobiles, et liberi, et divites de honore contendant. Cives enim liberos esse, et ex censu in ærarium pecuniam ferre oportet. Non enim si pauperes tenuesque sint omnes, aut servi, constet civitas. Atqui si his opus est, non est dubium quin et justitia atque bellica virtute sit opus, propterea quod fieri non potest, ut illa si desint, habitetur retineaturque civitas. Verumta-

ἀδύνατον εἶναι πόλιν, ἄνευ δὲ τούτων οἰκεῖσθαι καλῶς. Πρὸς μὲν οὖν τὸ πόλιν εἶναι, δόξειεν ἂν ἢ πάντα, ἢ ἐνιά γε τούτων, ὀρθῶς ἀμφισβητεῖν· πρὸς μέντοι ζωὴν ἀγαθὴν ἡ παιδεία καὶ ἡ ἀρετὴ μάλιστα δικαίως ἂν ἀμφισβητοίησαν, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον. Ἐπεὶ δὲ οὔτε πάντων ἴσον ἔχειν δεῖ τοὺς ἴσους ἕν τι μόνον ὄντας, οὔτε ἄνισον τοὺς ἀνίσους καθ' ἕν· ἀνάγκη πάσας εἶναι τὰς τοιαύτας πολιτείας παρεκβάσεις. Εἴρηται μὲν οὖν καὶ πρότερον, ὅτι διαμφισβητοῦσι τρόπον τινὰ δικαίως πάντες, ἁπλῶς δ' οὐ πάντες δικαίως· οἱ πλούσιοι μέν, ὅτι πλεῖον μέτεστι τῆς χώρας αὐτοῖς, ἡ δὲ χώρα κοινόν· ἔτι πρὸς τὰ συμβόλαια πιστοὶ μᾶλλον ὡς ἐπὶ τὸ πλέον· οἱ δὲ ἐλεύθεροι καὶ εὐγενεῖς, ὡς ἐγγὺς ἀλλήλων· πολῖται γὰρ μᾶλλον οἱ γενναιότεροι τῶν ἀγεννῶν· ἡ δ' εὐγένεια παρ' ἑκάστοις οἰκοι τίμιος· ἔτι διότι βελτίους εἰκὸς τοὺς ἐκ βελτιόνων· εὐγένεια γάρ ἐστιν ἀρετὴ γένους. Ὁμοίως δὴ φήσομεν δικαίως καὶ τὴν ἀρετὴν ἀμφισβητεῖν· κοινωνικὴν γὰρ ἀρετὴν εἶναί φαμεν τὴν δικαιοσύνην, ᾗ πάσας ἀναγκαῖον ἀκολουθεῖν τὰς ἄλλας. Ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ πλείους πρὸς τοὺς ἐλάττους· καὶ γὰρ πλείους καὶ κρείττους καὶ πλουσιώτεροι καὶ βελτίους εἰσίν, ὡς λαμβανομένων τῶν πλειόνων πρὸς τοὺς ἐλάττους. Ἆρ' οὖν εἰ πάντες εἶεν ἐν μιᾷ πόλει (λέγω δ' οἷον οἵ τ' ἀγαθοὶ καὶ οἱ πλούσιοι καὶ εὐγενεῖς, ἔτι δὲ πλῆθος ἄλλο τι πολιτικόν), πότερον ἀμφισβήτησις ἔσται, τίνας ἄρχειν δεῖ, ἢ οὐκ ἔσται; Καθ' ἑκάστην μὲν οὖν πολιτείαν τῶν εἰρημένων ἀναμφισβήτητος ἡ κρίσις, τίνας ἄρχειν δεῖ· τοῖς γὰρ κυρίοις διαφέρουσιν ἀλλήλων, οἷον ἡ μὲν τῷ διὰ πλουσίων, ἡ δὲ τῷ διὰ τῶν σπουδαίων ἀνδρῶν εἶναι, καὶ τῶν ἄλλων ἑκάστη τὸν αὐτὸν τρόπον. Ἀλλ' ὅμως σκοπῶμεν, ὅταν περὶ τὸν αὐτὸν ταῦθ' ὑπάρχῃ χρόνον, πῶς διαριστέον. Εἰ δὴ τὸν ἀριθμὸν εἶεν ὀλίγοι πάμπαν οἱ τὴν ἀρετὴν ἔχοντες, τίνα δεῖ διελεῖν τὸν τρόπον; ἢ τὸ ὀλίγοι πρὸς τὸ ἔργον δεῖ σκοπεῖν, εἰ δυνατοὶ διοικεῖν τὴν πόλιν; ἢ τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὥστ' εἶναι πόλιν ἐξ αὐτῶν; Ἔστι δὲ ἀπορία τις πρὸς ἅπαντας τοὺς διαμφισβητοῦντας περὶ τῶν πολιτικῶν τιμῶν. Δόξαιεν γὰρ οὐδὲν λέγειν δίκαιον οἱ διὰ τὸν πλοῦτον ἀξιοῦντες ἄρχειν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ κατὰ γένος. Δῆλον γὰρ ὡς εἴ τις πάλιν εἷς πλουσιώτερος ἁπάντων ἐστὶ, δῆλον ὅτι κατὰ τὸ αὐτὸ δίκαιον τοῦτον ἄρχειν τὸν ἕνα ἁπάντων δεήσει· ὁμοίως δὲ καὶ τὸν εὐγενείᾳ διαφέροντα, τῶν ἀμφισβητούντων δι' ἐλευθερίαν. Ταυτὸ δὲ τοῦτο ἴσως συμβήσεται καὶ περὶ τὰς ἀριστοκρατίας ἐπὶ τῆς ἀρετῆς. Εἰ γάρ τις εἷς ἀμείνων ἀνὴρ εἴη ἄλλων τῶν ἐν τῷ πολιτεύματι σπουδαίων ὄντων, τοῦτον εἶναι δεῖ κύριον κατὰ ταυτὸ δίκαιον. Οὐκοῦν εἰ καὶ τὸ πλῆθος εἶναί γε δεῖ κύριον, διότι κρείττους εἰσὶ τῶν ὀλίγων· κἂν εἷς, ἢ πλείους μὲν τοῦ ἑνὸς, ἐλάττους δὲ τῶν πολλῶν, κρείττους ὦσι τῶν ἄλλων, τούτους ἂν δέοι κυρίους εἶναι μᾶλλον ἢ τὸ πλῆθος. Πάντα δὴ ταῦτ' ἔοικε φανερὸν ποιεῖν, ὅτι τούτων τῶν ὅρων οὐδεὶς ὀρθός ἐστι, καθ' ὃν ἀξιοῦσιν αὐτοὶ μὲν ἄρχειν, τοὺς δ' ἄλλους ὑπὸ

men sine prioribus civitas esse, sine his pulchre frequentari non potest. Ut sit igitur civitas, aut hæc omnia, aut aliqua non injuria de bono majore contendunt. Ut autem bene vivatur, disciplina virtusque, quemadmodum prius est dictum, optimo jure de ampliore præmio certare possit. Quod igitur nec ex omnibus æquabilem capere partem debent ii, qui tantum in una aliqua re sunt parés, nec inæquabilem, qui in uno sunt impares, necesse est, eas respublicas, in quibus inest hoc mali, a recta via deflectere. Sed et antea diximus, cives omnes jure quodammodo de commodis, quæ ex civitate percipiuntur, contendere, absoluto jure et simplici, non omnes. Divites quidem se dignos honore arbitrantur, quoniam illis est plus loci. Locus autem commune quiddam : præterea in pactis conventis sæpius plus illorum fidei committitur. Quæstionem afferunt etiam liberi et nobiles, quasi ad eandem prope dignitatem accedant. Potius quidem cives habendi genere illustriores, quam obscuro loco nati. Nobilitati quisque domi exhibet honorem, quia verisimile est, ex melioribus prodire meliores. Nobilitas autem virtus generis est. Non aliter quoque dicemus et virtutem de principatu jure contendere. Nam virtutem, qua societas humana continetur, dicimus esse justitiam, quam aliæ necessario comitantur omnes. Sed etiam plures cives, si cum paucioribus conferuntur, videntur esse præponendi : etenim potentiores et ditiores melioresque sunt, quandoquidem plures cum paucioribus comparantur. An igitur, si in una civitate essent omnes (dico bonos et divites et nobiles, et aliam præterea civium multitudinem), an, inquam, si una essent, ambigitur, quos oporteat imperare, an vero dubium non erit? Certe in omni republica, de qua mentionem fecimus, ambiguum judicium non est, quibus imperandi munus incumbat. Hæc ab illa differt imperantium discrimine, ut hæc, quod divitum imperio constet, illa, quod virorum bonorum, et eodem modo unaquæque reliquarum. Veruntamen si uno et eodem tempore insint hæc ordinum genera, quærunt, quonam pacto sit explicanda dirimendaque controversia, et cui imperium deferendum. Quodsi omnino pauci numero sunt ii, quibus est virtus, qui erit modus explicandæ controversiæ? an paucitas cum munere et onere imperandi conferenda? possintne pauci administrare civitatem, an tot numero præficiendi, ut ex illis efficiatur civitas? Atque etiam dubitationis affertur aliquid in eos omnes, qui de civitatis honoribus certant. Nam qui divitiis itemque genere freti se dignos arbitrantur imperio, nullo jure suam causam defendere videntur : quia si quis unus rursus omnium ditissimus est, unum ceteris omnibus præesse debere eodem jure aperte ostenditur. Eodem modo si quis nobilitate excelleret, unus imperaret omnibus iis, qui libertate freti de imperio contendunt. Sed et civitatibus, quibus optimi præsunt, similis forsan orietur de virtute contentio. Nam si quis unus vir melior esset aliis, qui probi in administratione reipublicæ versantur, eodem jure ceteris eum præesse oporteret. Quum igitur multitudo, quia paucis est potentior, imperare debeat : si unus aut uno plures, sed multitudine pauciores, reliquis essent potentiores, illi potius, quam multitudo, summæ rerum præessent. Sane hæc omnia planum facere videntur, nullum ex his recte præscriptum esse finem, propter quem isti volunt imperare, et alios omnes a se regi. Certe

σφῶν ἄρχεσθαι πάντας. Καὶ γὰρ δὴ καὶ πρὸς τοὺς κατ' ἀρετὴν ἀξιοῦντας κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς κατὰ πλοῦτον, ἔχοιεν ἂν λέγειν τὰ πλήθη λόγον τινὰ δίκαιον. »]

IX. Ἐν τούτοις Ἀριστοτέλης οὐ μόνον οὐ διέβαλε τὴν εὐγένειαν, ἀλλὰ καὶ ἐπῄνεσε. Τῶν καλῶν εἶναί φησι τὴν εὐγένειαν, αὐτὴν δὲ καίπερ οὐκ ἀεὶ προτιμᾷ, καὶ ὅλως οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ τῇ ἀρετῇ, μόνον δηλοῖ, ὅτι οὐκ ἀποδέχεται τὸ ἄτοπον ἐκεῖνο, κατ' ἐξοχήν, καίπερ ἐν ἄλλοις ἴσους ὄντας, ἀνίσως δεῖν τῶν ἀρχῶν μεταδίδοσθαι. (2) Τοῖν ἰσοτέχνοιν αὐλητοῖν μὴ προχριτέον τὸν εὐγενέστερον ἐν τοῖς αὐλοῖς, οὐ γὰρ βέλτιον αὐλήσειεν ἄν, ἀλλὰ τὸν εὐτεχνότερον· τί γὰρ ἡ εὐγένεια ποιεῖ πρὸς τὴν ἐμπειρίαν τῶν αὐλῶν; ἀλλὰ μᾶλλον ἀποφαίνει, τῇ πόλει χρησίμους εἶναι τοὺς εὐγενεῖς, τοὺς ἐλευθέρους, [τοὺς πλουσίους,] ἔτι δὲ χρησιμωτέραν τὴν δικαιοσύνην καὶ τὴν ἀνδρείαν. Τέλος δέ, τί ἐκεῖνος οὐχ ἅλις ἐμφαίνει μὴ στυφελιζομέννην τὴν εὐγένειαν, ὅταν αὐτὴν ἐν τιμῇ ἔχεσθαι παρὰ πᾶσι λέγει, ὡς πιθανὸν δοκεῖν τοὺς ἐκ βελτιόνων πεφυκότας βελτίους τυγχάνειν; (3) Πῶς οὖν τῆς ὑπὸ τοῦ παντὸς ἀνθρωπίνου γένους εὐγενείας τιμωμένης ἡμεῖς καταφρονοῦμεν, διασπῶμεν, διασύρομεν; Ἵνα δὲ μὴ χολὴν κινῇς ἡμῖν, οὕτω συχνάκις ἀνακληθέντος ἐκείνου τοῦ σοῦ Ἀριστοτέλους, ἢ τὰ ἐκείνων δόγματα ἀποβλητέα, ἢ τοῖς ἀγαθοῖς προσαριθμητέον τὴν εὐγένειαν, ὥσπερ καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν συμφέρειν οὐκ ἂν δύναιο ἔξαρνος εἶναι.

X. Πάλιν ἐκεῖνο φλυαρεῖς· « Τί γὰρ ἄλλο νομίζομεν « εἶναι τὴν εὐγένειαν, εἰ μὴ παλαιὸν πλοῦτον, ἢ καὶ δό- « ξαν παλαιάν, οὐδέτερον ἐφ' ἡμῖν ὄν, ἀλλὰ τὰ μὲν τύ- « χης ἀδήλου, τὰ δ' ἀκρασίας χάριν ἀνθρωπίνης; ὥστ' « ἐκ δυοῖν ἀλλοτρίων κρέμαται τὸ πεφυσημένον ὄνομα ἡ « εὐγένεια. Καὶ ὁ πλοῦτος μὲν οὐχ ὁμοίους αὐτῷ τοὺς « γεννηθέντας ποιεῖ, ἀλλ' ὁ ἐξ ἀρετῆς γεννηθεὶς εἰκο- « νίζεται, τῶν ἐπὶ τῆς ψυχῆς δικαίων εἰς τοὺς ἐκγό- « νους διαχεομένων· καὶ τοῦτ' ἔστιν ἡ ὄντως εὐγένεια, « ὁμοίωσις δικαιοσύνης. (2) Ἆρ' οὖν εὐγενέστερος ἦν « ὁ Μίδου πλοῦτος τῆς Ἀριστείδου πενίας; καίτοι ὁ μὲν « οὐδ' ἐντάφια καταλιπὼν, τῷ δὲ Φρυγὶ πάντ' ἂν ἐδύ- « νατο εἶναι τάφος. Ἀλλ' οὐκ ἐν πλουσίῳ τὸ εὐγενές. « (Πυρὸς ἔχει τινὰ τρόπον πᾶσα πονηρία· ἀμφότερα « χωρὶς τροφῆς ἀφανίζεται σβεννύμενα.) Ἡ δὲ Σωκρά- « τους ἀδοξία, μαίας καὶ ἑρμογλύφου πατρὸς, οὐκ ἦν « εὐγενεστέρα τῆς Σαρδαναπάλλου δόξης; Μὴ σύ γε « νομίζῃς ὅτι Ξέρξης εὐγενέστερος ἦν Κυναιγείρου· « καίτοι ὁ μὲν ὑπὲρ τῆς ἰδίας πατρίδος ἀπεκόπη τὴν « χεῖρα, ὁ δ' ὑπὲρ τοῦ ζῆν ἔφυγεν, ἀντὶ τῆς μεγάλης « βασιλείας μεγάλην περιχείμενος δειλίαν. »

XI. Λέγεται μὲν ταῦτα μεγαλοπρεπῶς· ἐγὼ δὲ οὐχ οὕτως ἀλλότριός εἰμι τῆς ἐπιεικείας, ὥστε τιθέναι τῇ ἀρετῇ ἐναντίαν τὴν εὐγένειαν. Οὐ ποιήσω, οὐ λέξω· τὸ δὲ τῆς εὐγενείας ὄνομα κενὸν εἶναι, μηδαμῶς συμφήσω· οὐχ ἧττον ἂν ὡς ἄχρηστα τὰ χρήματα εἰς θά-

enim in eos, qui nomine virtutis administrationi reipublicæ præesse volunt, itemque in eos, qui divitiis abundantes arrogant sibi principatum, ostendere possent veram justamque rationem ii qui in civitatibus numero plures sunt. »

IX. At enim his verbis Aristoteles tantum abest ut detraxerit nobilitati, ut eam etiam ornarit. Bonum esse ait nobilitatem, quam si non semper præfert, nec plane eodem illo loco virtutem [*eodem cum virtute loco habet*]; tantum indicat, improbare se absurditatem eorum, qui putent, secundum præcellentiam, etsi in ceteris sint æquales, necesse esse inæqualiter magistratus dispartiri. (2) Paribus in arte tibicinibus laudandam negat prærogativam fistularum, et [ei?] qui sit nobilior, nihilo enim melius caneret, at his qui ea in arte superexcellunt. Quid enim eo loco nobilitas facit ad peritiam fistularum? Quin potius ostendit, opus esse civitati nobilibus, liberis, opulentis, et multo magis justitia et virtute bellica. Denique quid illud? num satis ostendit nihilo hic labefactatam nobilitatem, quum nobilitatem apud omnes in honore haberi ait, quasi verisimile sit, ex melioribus ortos meliores? (3) Quid igitur, quæ consensu generis humani in pretio habita est nobilitas, a nobis contemnitur, convellitur, laceratur? Ac ne bilem nobis moveas, tam sæpe accersito illo tuo Aristotele, aut placita ejus esse repudianda, aut bonis adnumerandam nobilitatem, ut et opes, easque conducere ad vitam beatam, negare non potes.

X. Rursus illud deblateras: (*Stob. Flor.* 86, 21, Κατὰ εὐγενείας) « An non existimamus omnes, ipsam nobilitatem in opibus aut gloria, quam longi temporis progressus confirmavit, esse positam? Atqui neutrum horum est in potestate nostra: sed alterum fortunæ temeritati, alterum intemperiis hominum est obnoxium. Itaque nobilitatis arrogans hoc nomen, quod, ut sumamus animos, facit, a duabus rebus, quæ proprie nostrûm non sunt, pendet. Perinde nec divitiæ reddunt filios ei similes, qui illos procreavit: sed qui natus ex virtute fuerit, impressam animo suo gerit imaginem æqui et boni, quum ea sola transmittatur a parentibus in liberos. Hæc demum vera nobilitas est, morum similitudo secundum justitiam. (2) [*Ib.* 22.] Numquid autem opulentia Midæ nobilior, quam Aristidis inopia? Tamen hic ne in sepulchrum quidem sumptum reliquit moriens: Phrygi quicquid suppetebat, facile vicem sepulchri obiisset. Verum sita non est in opibus nobilitas, omnis autem improbitas ad instar ignis fere est: nam utrumque horum, nisi alatur, evanescit et exstinguitur. Quid Socratis ignobilitas, matre obstetrice, statuario patre, an non plus veræ nobilitatis præ se tulit, quam illa Sardanapali gloria? Ne vero censeas nobiliorem Xerxem fuisse Cynægiro. Huic enim pro patria dimicanti manus amputata est: ille vitæ præsidium fuga quæsivit, et regni amplissimi gloriam mutavit cum turpitudine summæ timiditatis. »

XI. Dicuntur ista quidem magnifice. Nec vero tam iniquus sum æstimator rerum, ut nobilitatem unam committam cum virtute aut opibus. Non faciam, non dicam. Et tamen nobilitatis vanum esse nomen tibi hercle non assentiar. Non minus quidem, quam et qui opes inanes et

λατταν καταποντισθήσεσθαί τις κελεύῃ. (2) Πολλάκις μὲν μήτε τρόπαια πάρεστιν, μήτε κτήματα, μήτε ἵπποι, μήτε πρόπαπποι· ὅτῳ δὲ ταῦτα ὑπάρχουσιν ἔξοχα, τούτοις χαίρειν τε καὶ χρῆσθαι τὸν καλῶς τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα μελετῶντα, οὐδὲν κωλύει πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν. Ἀλλὰ μᾶλλον εἰσὶ βοήθειαι καὶ ὄργανα σοφίας· ἅπερ κἂν μὴ ὑποστηρίζωσι τὴν ἀρετὴν, αὐτήν τε διακοσμοῦσι, οὐκ ἄλλως ἢ καλῇ παρθένῳ, ἂν εὐπάρυφος ᾖ, πρέπει τε ἡ λαμπρὰ ἐσθὴς, καὶ προστίθησιν οὐκ οἶδ' ὅ τι πρὸς τὸ τῆς φύσεως κάλλος. Οὕτως οὐχ οἷα τε οὖσα ἡ εὐγένεια τὴν ἀρετὴν θαυμαστοτέραν ποιεῖν, ἥτις ταῖς ἡλίου ἀκτῖσιν λαμπροτέρα ὑπάρχει, ὅμως οὐκ οἶδά τί αὐγῆς καὶ κόσμου τῷ τῆς ἀρετῆς σπουδαίῳ προσφέρει. (3) Μέχρι τοῦ δὲ τὸν Σωκράτην τοῦ Ξέρξου προτιμήσεις; εἰ δὲ Κῦρος τὰ εἰς αὐτὸν συμβεβλημένα ὑπὸ τοῦ Σωκρατικοῦ Ξενοφῶντος εἶχεν, ὅῆλον ὅτι τοῖς σοῖς νόμοις καὶ τῶν αὐτοῦ Σωκράτους τὰ τοῦ Κύρου τιθῇς ἂν ὡς αἱρετώτερα τοσοῦτον, ὅσον ὑστερίζονται οἱ λόγοι ὑπὸ τῶν πραγμάτων.

XII. Ὁ δὲ Ἀνάχαρσις ὅταν ἔλεγε τοὺς Ἀθηναίους παρὰ Σκύθαις βαρβάρους, ὥσπερ τοὺς Σκύθας ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, οὐ κατεδίκαζε τὴν εὐγένειαν, ἀλλὰ μᾶλλον ἕκαστον ἐν τῇ οἰκείᾳ χώρᾳ δοκεῖν εὐγενῆ σημαίνει. Οὐκοῦν ῥᾴδιον ὀνειδίζεσθαι τὸ τοῦ γένους ἄδοξον τοῖς ὅσον τύχοι ἔθνεσιν ἀλλοδαποῖς. (2) Ὁ δὲ Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ τῶν ἀρετῶν ἰσοτιμίας περίτιγμα καὶ διάζυσμα τὴν εὐγένειαν καλεῖ· μηδὲν ἄρα διαφέρειν ὅτου παρὰ πατρὸς γεγονὼς τυγχάνῃς, εὐγενοῦς ἢ μή. Τί τῶν Στωϊκῶν ἀρχηγῷ ἀποκρίνωμαι, ζητεῖς; τοῦθ' ὅπερ ἤκουσας ἐμὲ κατ' ἐκείνης λέγοντα στοᾶς. Τοῦτον τὸν Στωϊκὸν Λαπίθαν καὶ ἐξ ἀδάμαντος συμπεπηγυμένον οὐ θαυμαστὸν ἀγνοεῖν τὴν εὐγένειαν, ὃς καὶ τὸ στῆθος λόγχῃ πεπαρμένος οὐκ αἰσθάνεσθαί φησι, οὐδὲν τοῦτο πρὸς αὐτὸν, μηδαμῶς ὑποδιδόντα τοῖς ἀλγήμασι, καὶ τμηθεὶς ἀναίσθητος ὤν. (3) Τοιαύτης τῆς στοᾶς ἔνοικοί τί θαυμαστὸν εἰ τὸν ἄνθρωπον τὴν εὐγένειαν ἀφαιροῦσιν, οἳ τὸν ἔρωτα, τὸ ἔλεος, τὴν ἀνεξικακίαν, καὶ τὰ πάθη τὰ λοιπὰ τῷ ἀνθρώπῳ, παρὰ φύσεως δοθέντα, ἀποσπῶσιν; Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν μέσῳ τῷ πυρὶ μὴ ῥλέγεσθαι ἀπαγγέλλοντες, οὐδ' ἐν μέσῃ τῇ θαλάσσῃ ὑπὸ τῶν κυμάτων καταποντίζεσθαι· οὗτοι οἱ ἀφ' ἡμῶν τοὺς τῆς φύσεως θεσμοὺς ἐξορίζοντες, τὰ πάθη μάτην ἐμπεφυκότα λέγοντες· οὗτοι οἱ τὴν πρόνοιαν, τὴν ἀγχίνουν μάλα γραῦν μητέρα καλοῦντες τούτου τοῦ πανὸς, ἣν διά τί γε οὐχ ὡραίαν ἐπεσκήψαντες τῇ ἡλικίᾳ, εἴπερ ἡμᾶς ἐβούλοντο πείθειν αὐτὴν τηλικούτου ὄγκου αὐτοκτίστην; (4) Ἀλλὰ τὰ μὲν ἀνέχεσθαι οὐ χαλεπόν· ὅτι δὲ τῆς εὐγενείας οἰκείους δορυφόρους χλευάζει, τὴν ἀλαζονείαν, τὸ κομψὸν, τὴν βίαν, τὴν τοῦ ἀνθρωπίνου δικαίου καταφρόνησιν, ὅτι τῶν βασιλέων καὶ τῶν ἀρχόντων τινὰς ὑπὸ τούτων ὑποβαρυνομένους ὁρῶσιν, οὐ μέμνηνται τοὺς αὐτοὺς τούτους, οὓς αὐθάδει φωνῇ τῆς εὐγενείας δορυφόρους καλοῦσιν, ἐν ἄλλοις τῶν ἀγενῶν οὐχ ἥκιστα ὑπάρχειν. Ἐκείνων τὴν μῆνίν φησι·

in mare præcipitandas suaserit. (2) Non sunt in nobis trophæa majorum, non opes plerumque, non avi, non proavi. Et tamen iis excellentibus quem gaudere, iis frui recte meditantem opera virtutis, nihil nocet ad vitam beatam : quin potius subsidia sunt et instrumenta sapientiæ, quæ si non fulciant virtutem, hanc certe ornant. Non aliter quam formosæ virgini vestis elegans dedecori minime est : ornat etiam et fulcit', et nescio quid decoris elegantiæ affert pulchritudini naturæ. Ita nobilitas virtutem ipsam quando admirabiliorem reddere non potest, quum ipsa solis radiis illustrior sit, tamen nescio quid splendoris et ornatus virtutis studioso affert. (3) Quousque autem Socratem Xerxi præferes? Quodsi Cyrus, quæ in eum confert Xenophon Socraticus, habuit, haud dubium, quo potiora facta verbis, quin eum Socrati etiam tuo jure præferas.

XII. Porro Anacharsis quum ait, Apud Scythas barbari Athenienses æque atque Scythæ apud Athenienses; non dicam scripsit contra nobilitatem, at potius suis quemque regionibus nobilem videri ostendit; nec tam facile nationibus quantumvis exteris exprobrari jure nobilitatem. (2) Chrysippus autem eo libro, quo æqualitatem demonstrat virtutum, quisquilias et ramenta nobilitatem vocat; proinde nihil referre, quo patre nascare, generoso an ignobili. Quid Stoicæ familiæ facile principi respondeam, quæris? Nempe quod de me audisti, dum sæpe perorarem in Stoicorum illam porticum. Illum Stoicum Lapitham, illum ex adamante compactum, non mirum, si non agnoscat nobilitatem, cui quum pectus sit hasta trajectum, parum tamen hæc se sentire ait. Nihil hoc ad se pertinere, qui velut stipes dolori non succumbat, nullum habeat sectus sensum. (3) Porticus istius incolæ quid mirum si nobilitatem homini adimant, qui amorem, misericordiam, clementiam, reliquosque affectus, a natura homini datos, evellunt? Hi sunt, qui in mediis ignibus se conflagrare negant, neque medio in mari obrui se aquis. Naturæ scita iracunde a nobis pelli volunt : affectus frustra datos asserunt. Hi sunt, qui Pronœam illam anum sagacem admodum, universi hujus parentem vocent : quam, quæso, cur non ætate integra finxerunt, quum tantæ molis opificem credere nos voluerunt? (4) Sed hæc utcumque ferri poterant : quum autem peculiares nobilitatis satellites irridet, arrogantiam, [delicias,] fastum, violentiam, humani denique juris contemptum, si quando obruti his sunt nobilissimi aut reges, aut proceres, non agnoscit, in plerosque ignobiles hæsisse eosdem quoque, quos satellites nobilitatis procaci nomine vocat. Illorum hanc esse iram ait :

Μῆνιν ἄειδε, θεά, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
οὐλομένην, ἡ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε,
πολλάς τ' ἰφθίμους ψυχὰς ἀΐδι προΐαψεν
ἡρώων, αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

Ταύτην δὲ τὴν μῆνιν ἆρα μόνον ἐνόμιζε τοῦ Ἀχιλλέως; ἢ χείρων ἦν Φαλάριδος καὶ Ἀγαθοκλέους καὶ Διονυσίου, οὓς ἀγενεῖς οὐκ ἀγνοοῦμεν; οὐ γὰρ ποιητὴς ἐκεῖνος ὁ κάλλιστα πεπαιδευμένος ὅταν λέγῃ,

Οὐ μὲν γάρ τί που ἐστὶν ὀϊζυρώτερον ἀνδρὸς
πάντων, ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνείει τε καὶ ἕρπει,

μᾶλλον περὶ εὐγενοῦς [ἢ ἀγενοῦς] φησι. (5) Οὔσης δὲ τῆς φύσεως σφαλερᾶς, οὐκ εὐθὺς οὐδὲν διαφέρει τοῦ ἀγενοῦς ὁ γενναῖος, ἀλλὰ τὰ παρὰ φύσεως ἐπιτήδεια ὡς ὑπὸ θεοῦ σωρωθέντα θαυμάζεται·

Οὕτως οὐ πάντεσσι θεὸς γαριεντα δίδωσιν
ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν.
Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ,
ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
τερπόμενοι λεύσσουσιν.

Οὐδ' ἂν ἴδῃς εἰς τὰς ἀρχὰς, προστασίας, βασιλείας εἰσβάλλοντά τινα τῶν ἀγενῶν, τοὺς δὲ εὐγενεστάτους καταβαλλομένους, διὰ τοῦτο διώξεις τὴν εὐγένειαν. (6) Ἐκεῖνο γὰρ οὐ μᾶλλον τῶν εὐγενῶν ἢ τῶν δημοτικῶν ἅπτεται,

Εἰ γὰρ ἐγένου σὺ, Τρόφιμε, τῶν πάντων μόνος,
ὃν (τ') ἔτικτεν ἡ μήτηρ ἐφ' ᾧ γε διατελεῖν
πράσσων ἃ βούλει, καὶ διευτυχεῖν ἀεὶ,
καὶ τοῦτο τῶν θεῶν τις ὡμολόγησέ σοι,
ὀρθῶς ἀγανακτεῖς· ἔστι γὰρ σ' ἐψευσμένος,
ἀτοπόν τε πεποίηκ'. Εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις
ἐφ' οἱσπερ ἡμεῖς, ἔσπασας τὸν ἀέρα
τὸν κοινὸν, ἵνα σοί τι τραγικώτερον λαλῶ,
οἰστέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιστέαν.

Λέλεκται γὰρ τοιαῦτα καὶ τῷ δήμῳ, καὶ τοῖς ἐν τέλει, εἷς οὔτε δόξα οὔτε ἀδοξία πρὸς ταῦτα συμφέρειν δύναται. (7) Ἐξ ἴσου τὰ παρὰ θεοῖς εἱμαρμένα ἑκατέροις ἀγνοεῖται· ἐπεὶ

Σύμβολον δ' οὔπω τις ἐπιχθονίων
πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας εὗρεν θεόθεν.
Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φράδαι·
πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν
ἔμπαλιν μὲν τέρψιος· οἱ δ' ἀνιαρᾶς
ἀντικύρσαντες ζάλαις
ἐσθλὸν βαθὺ πήματος ἐν μικρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

XIII. Πάλιν πρὸς Χρύσιππον ἀναχωρῶ, ὃς κατὰ τῆς εὐγενείας ὑπὸ τοῦ ξυνετωτάτου ποιητοῦ πεποιῆσθαι γράφει τάδε,

Ὅν κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω, ἢ ἄλλος Ἀχαιῶν·

ὥσπερανεὶ χρεὼν (ἦ) Θερσίτου τοῦ ἀσελγεστάτου καὶ ἀτιμοτάτου λόγους τοὺς ἀσχημονεστάτους εἰς τὸν ἄριστον βασιλέα πρὸς ταῦτα μεταφέρειν· ἀλλ' [οὐ] μᾶλλον Ὀδυσσέα τινὰ ζητεῖν τοῦ ἀβελτέρου ἀποπλήξοντα τὴν αὐθάδειαν. (2) Πάλιν ὑλακτεῖ, λέγων ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ

. . . . . .
Innumeris quæ sæva malis affixit Achivos
heroumque animos tot fortes impulit orco,
membra minutatim quorum laniata molossis
alitibusque dedit.

Sed an solius Achillis talem ille iram putavit? An non fuit deterior aut Phalaridis, aut Agathoclis, aut Dionysii, quos ignobiles fuisse legimus? Neque vero vates ille doctissimus quum ait:

Nil magis est hominis natura infirmius omni,
e numero spirant quæcunque animalia terris,

potius de nobili quam ignobili agit. (5) Utcumque omnium sit infirma natura, non tamen generosus nihil ab ignobili differt. Quin potius naturæ commoda veluti a deo collata admiratur:

Haud uni dat cuncta deus, formosus ut idem
sit, pariter prudens, ac multa laude disertus.
Qui specie caruit, deus hunc venerabilis ornat
viribus eloquii; quo fit, mirentur ut unum.

Neque vero, si ignobiles magistratus, præfecturas, regna invadere videas, si his dejici nobilissimos, jure ideo incessenda nobilitas. (6) Non minus enim illud ad nobiles, quam ad plebeios pertinet.

Si lege natus, Trophime, tu fores ea,
ut omnia ad votum tibi, quæ velles, fluerent:
et id deorum aliquis recepisset tibi:
recte doleas quidem; fefellit enim fidem,
ac fecit absurde. Sed iisdem legibus
commune quoniam tu quoque quibus nos alii
cœlum hauseris, ut audentius tecum loquar,
ferenda sunt hæc fortius.

Talia, inquam, dicta sunt et plebeiis et nobilibus, quibus hac in parte neque nobilitas prodesse potest, neque natales obscuri. (7) Ex æquo utrisque deorum fata ignota, quandoquidem

nemo venturam potuit deorum
nosse fortunam, quoniam futuri
cæca mens nobis: hominique multa
præter optatum tulit ipse casus
tristia, et rursus miseris subactum
extulit rebus propere voluptas.

XIII. Redeo ad Chrysippum, qui scribit hæc a vate prudentissimo perscripta in nobilitatem:

Quicquid ego vinctum porto, vel alter Achivûm,
tu rapis.

Quasi vero Thersitæ improbissimi sordidissimique in præstantissimum regum sordidissima verba huc transferenda sint. An non potius quærendus Ulysses aliquis, qui nebulonis contundat procacitatem? (2) Rursus oblatrat: ab eodem poeta nobilium facta patefacta ait, dum Vulcanus adulterium Martis et Veneris deprehendit:

Juppiter atque alii, quorum immortalia divi
numina, turpe deis facinus, dignissima risu
crimina spectatum huc concedite protinus omnes.

Sed enim non peculiaria talia crimina nobilibus, quia fla-

ποιητοῦ τὰ τῶν εὐγενῶν κακῶς πεπραγμένα δηλωθέντα, ὅταν τὴν Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν ὁ Ἥφαιστος κατείληφε·

Ζεῦ, πάτερ, ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
δεῦθ', ἵνα ἔργα γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιεικτὰ ἴδησθε.
. . . . . .
Ὡς ἐμὲ χωλὸν ἐόντα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη
αἰὲν ἀτιμάζει, φιλέει δ' ἀιδηλον Ἄρηα·
οὕνεχ' ὁ μὲν καλός τε καὶ ἄρτιπος, αὐτὰρ ἔγωγε
ἠπεδανὸς γενόμην· ἀτὰρ οὔτι μοι αἴτιος ἄλλος,
ἀλλὰ τοκῆε δύω· τὼ μὴ γείνασθαι ὄφελλον.

Εἰ μὲν οὖν ἡ ἐκ Διὸς ἐκγεγαυῖα ἐγκαλεῖται Ἀφροδίτη, ἀλλὰ μὲν καὶ ὁ ἐγκαλῶν οὐχ ἧττον ἐξ αὐτοῦ τοῦ Διός· οὐδ' ὠνείδιζε δικαίως Ἀφροδίτη τῷ Ἡφαίστῳ τὴν χωλότητα· ἀπαρνεῖται γὰρ ἑαυτὸν αἴτιον τῆς πηρώσεως, οὐδ' ὠνείδισεν αὐτὸς τὴν εὐγένειαν Ἀφροδίτῃ. (3) Ἆρα τί λέγει;

Ἀλλ' ὄψεσθ', ἵνα τώγε καθεύδετον ἐν φιλότητι
εἰς ἐμὰ δέμνια βάντε· ἐγὼ δ' ὁρόων ἀκάχημαι.
Οὐ μέν σφας ἔτ' ἔολπα μίννυθά γε κείεμεν οὕτω,
καὶ μάλα περ φιλέοντε· τάχ' οὐκ ἐθελήσετον ἄμφω
εὕδειν, ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει
εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσει ἔεδνα,
ὅσσα οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος οὕνεκα κούρης,
οὕνεκα οἱ καλὴ θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος.

Ταῦτα μᾶλλον πρὸς τὴν εὐγενῆ Ἀφροδίτην ἢ πρὸς τὴν δημοτικὴν Λαΐδα, ἢ δυοῖν ὀβόλοιν ἑταιρίδιον; ἢ ἐκεῖνοι τοῦ Ἡφαίστου δεσμοὶ τοῦ μὲν καταλειφθέντος καὶ προσεχομένου Ἄρεος καθάπτονται, τοῦ δὲ ἐκ τοῦ δήμου τυχόντος οὔ; Ἥφαιστος μὲν

κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων·
ἐν δ' ἔθετ' ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα, κόπτε δὲ δεσμοὺ·
ἀρρήκτους, ἀλύτους, ὅφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε δόλον κεχολωμένος Ἄρει,
βῆ ῥ' ἴμεν ἐς θάλαμον, ὅθι οἱ φίλα δέμνι' ἐκείτο.
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἁπάντῃ·
πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε μελαθρόφιν ἐξεκέχυντο
ἠύτ' ἀράχνια λεπτὰ, τά γ' οὔ κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο,
οὐδὲ θεῶν μακάρων· πέρι γὰρ δολόεντα τέτυκτο.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα δόλον περὶ δέμνια χεῦεν,
εἶσατ' ἴμεν ἐς Λῆμνον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.

(4) Οὗτοι οἱ δεσμοὶ ἐξ ἴσου μάλα τείνουσιν εἰς ἅπαντας τοὺς ἀνεχομένους ἑαυτοὺς τοῖς ἐρωτικοῖς ἁλίσκεσθαι δελέασι. Εἰς τοιαύτας τὰς πέδας ἐκείνους ἀνάγκη πίπτειν, τὰ δ' ἁμαρτήματα οὐχ οὕτως στέγεσθαι καὶ καλύπτεσθαι, ὥστε μὴ ἐμφαίνεσθαι. Οὐκ ἀγνοεῖς τοῦτο ὅπερ εἷς λέγει τῶν θεῶν·

Οὐκ ἀρετῇ κακὰ ἔργα· κιχάνει δὲ βραδὺς ὠκύν·
ὡς καὶ νῦν Ἥφαιστος ἐὼν βραδὺς εἷλεν Ἄρηα,
ὠκύτατόν περ ἐόντα θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι,
χωλὸς ἐών, τέχνῃσι· τὰ καὶ μοιχάγρι' ὀφέλλει.

grare iis videas ignobilissimos etiam: quibus si neque caruere Homerici illi heroes, minus graviter ferendum, si nobiles in hæc impingant. Nam quid queritur Vulcanus?

Dedignata suum, ac dudum pertæsa maritum,
loripedem Jove nata Venus Martem ecce cruentum
deperit insignem, formaque et cruribus altis
conspicuum. Sed enim claudo mihi nascier olim
contigit. At non est vitium hoc a crimine nostro
ingens, amborum potius sed culpa parentum est,
qui sine defectis sobolem producere membris
debuerant. Verum huc convertite lumina cuncti.

Si Jove nata Venus culpatur, et qui culpat, etiam Jove natus. Nec vero recte exprobrare potuit Venus claudicare Vulcanum: hoc enim negat vitium suum fuisse. Nec ille Veneri nobilitatem exprobravit. (3) Quid igitur ait?

Cernite, ut optatis foveant amplexibus ignes,
nostraque ad hæc ambo petiere cubilia: verum
hanc postquam vidi, magno mihi visa dolori
res fuit. Atque illos spero non tempore parvo
tali concubitu fruituros, quamlibet acri
conjunctos in amore quidem, fortassis uterque
concupiisse diu nolit, sed dura tenebunt
vinculaque insidiæque meæ, tantisper ad unum
munera connubii donec pater ipse remittat,
inque verecunda pro conjuge cuncta regente
præmia quæ dedimus, nobis dotalia reddat:
quandoquidem ante alias forma præstantior omnes
nata sibi est, sed mente carens et pectore casto.

Quid hæc pertinent potius ad nobilem Venerem quam ignobilem Laidem, aut scortum diobolare? An enim vincula illa Vulcani minus pertinent ad deprehensum et hærentem Martem, quam alium quemvis plebeium? Vulcanus quidem

Insidias imo jam pectore versans
huic admoliri ac prægrandem imponere trunco
incudem parat, at subito durissima format
vincula, non ulli textumque solubile cudit,
quo simul impliciti graviter vinctique jacerent.
Ac postquam fabricasset opus cassesque Gradivo
infensus, subito petit alta cubilia gressu.
Gratus ibi stabat thorus, et jam vincula circum
fulcra locat, mirumque simul concinnat in orbem:
plurima quin etiam tectum diffusa per altum
tenuia, ceu lepidas suspendit aranea telas,
ut quæ non hominum, non ipso lumine divûm
cernere erat, mire abstrusis composta dolorum
nexibus. Hæc postquam per summa cubilia sparsit,
in Lemnon simulata via est.

(4) Vincula plane ea pertinent ex æquo ad omnes, qui se patiuntur amorum illecebris rapi: in hos plane compedes necesse est illi incidant. Neque plane peccata tegi aut velari, quin ea pateant, posse. Agnoscis enim, quid dicat unus e diis:

Ut nihil officiunt virtuti crimina, claudus
assequitur celerem, veluti nunc Mulciber acrem
Gradivum obtinuit, quamvis præ cœlitibus diis
cursibus ille pedes habiles agit ocyor unus.
Claudus enim ipse dolis usus, qui sic quoque multas
auxit adulterii et fœdo pro crimine pœnas.

(5) Ἡ δ' ὑμετέρα ἐκείνη στοά, ὦ Στωϊκοί, μηδένα πώποτε μοιχὸν ἑώρακε περιπατοῦντα; ἡ δ' ἐν προσώπῳ κηλὶς εἰ μᾶλλον βλέπεται, ὅτι μᾶλλον ἐπίδηλος, οὕτως εἰκὸς καὶ τῶν εὐγενῶν τὰ πλάσματα ἐκδηλότερα ὄντα, θᾶττον διώκεσθαι. Εἰ δὲ μὴ τὴν στοὰν καταβάλλετε τὰ πάντα ἁμαρτήματα φάσκοντες ἴσα τυγχάνειν, τί τὰ τῶν εὐγενῶν ἀκριβέστερον ἐπιτηρεῖτε; θυγατρὸς ἀποκεχρῆσθαι τὸν ἐκ δήμου καὶ τὸν βασιλέα μηδὲν διαφέρειν λέγετε· ὅμως πολλὰ φλυαροῦντες εἰς τὸν τῶν εὐγενῶν τῦφον, ἀλαζονείαν, ἔρωτας, ἀθεμίστους συνουσίας, ὠμότητα, ἀντιδίκων ἐπιθυμητικοὺς καλεῖτε, καὶ τῶν μὲν εὐεργεσιῶν ἀμνήμονας, ἀδικουμένους δὲ ἀριμυτάτους πρὸς τὸ ἀποτίειν. (6) Ταῦτα μὲν οὖν εἰ μόνους εἰς τούτους προσήκει, δικαίως ἴσως ἂν ἡμῖν οὕτω ῥητορεύειν συνεχωροῦμεν· νυνὶ δὲ μηδ' ὑμᾶς αὐτοὺς τούτων τῶν παθημάτων ἐλευθέρους ἐποίησεν ἐκείνη ὑμετέρα πρόνοια χρησμολόγος γραῦς. Διὸ γοῦν ἐφ' οἷς τοὺς ἄλλους σωφρονίζετε, ταῦτα ἀφ' ὑμῶν ἀφαιρεῖτε.

XIV. **** (2) [« Φανερὸν τοίνυν, ἔφην ἐγώ, περὶ ὧν πάλαι διηπορήσαμεν, διὰ τί ποτε οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων, ἢ οἱ ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγενέστεροι δοκοῦσιν εἶναι μᾶλλον τῶν σύνεγγυς τἀγαθὰ κεκτημένων. Αὐτὸς γὰρ ἐγγύτερος σπουδαῖος ὤν, ἢ πάππου σπουδαίου τετυχηκὼς, ὥστ' εἴη ἂν εὐγενὴς ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ. Καί τινες εἰρήκασιν, οὕτως ἐκ τοῦ διελέγχειν προσποιούμενοι τὸν συλλογισμὸν τῆς εὐγενείας, ὥσπερ φησὶ καὶ Εὐριπίδης, οὐχὶ τῶν ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγένειαν φάμενος εἶναι, ἀλλ' ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἁπλῶς. Τὸ δὲ οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὀρθῶς ζητοῦσιν οἱ τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν προτιθέντες. Τὰ δ' αἴτια εἴπομεν, τουτέστιν, ὅτι ἡ μὲν εὐγένεια ἐστὶν ἀρετὴ γένους, ἡ δ' ἀρετὴ σπουδαῖον· σπουδαῖον δ' ἐστὶ γένος, ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. Συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον, ὅταν ἐγγένηται ἀρχὴ σπουδαία ἐν τῷ γένει· ἡ γὰρ ἀρχὴ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, πολλὰ παρασκευάζειν οἷά περ αὐτή. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρχῆς ἔργον, ποιῆσαι οἷον αὐτὴ ἕτερα πολλά. Ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἴς τις ἐν τῷ γένει, καὶ οὕτω σπουδαῖος, ὥστ' ἔχειν τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεάς, τοῦτο σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος. Πολλοὶ γὰρ ἔσονται σπουδαῖοι ἄνθρωποι, ἄν τε ἀνθρώπων ᾖ τὸ γένος, ἄν τε ἵππων, ἵπποι· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζῴων. Ὥστ' εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι, οὐδ' οἱ ἀγαθοί, ἀλλ' οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων, ἢ ἐκ πάλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἶεν ἄν. Ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος τἀληθῆ. Ἀρχὴ γὰρ ἄνωθεν πάντων. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' οἱ ἐκ προγόνων ἀγαθῶν, εὐγενεῖς πάντως, ἀλλ' ὅσοι τυγχάνουσιν ἀρχηγοὶ τῶν προγόνων ὄντες. Ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθὸς, μὴ ἔχῃ δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως, ὡς τίκτειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει ἀρχὴν (τοιαύτην δύναμιν ἐν τούτοις. Ἀρχὴ) τοῦ γένους, καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ γένους ὄντες, οὐκ ἐὰν ὁ πατὴρ εὐγενὴς ᾖ, ἀλλ' ἐὰν ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους· οὐ γὰρ ὅτι αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν. »]

(5) Porticus illa vestra, Stoici, nullosne deambulantes adulteros vidit? Nam si nævum in facie magis inspici dicitis, quo loco magis pateat; ita plane nec e re fuit, vitia nobilium magis incessi, magis patere. Attamen nisi plane vestram illam porticum dejicitis, qui peccata omnia paria alibi jactatis, cur hic nobilium magis animadvertitis? Plebeii quis abusus sit filiola aut regis, negatis interesse : et tamen multa deblateratis in nobilium superbiam, arrogantiam, amorem, incestos amores, crudelitatem, vindictæ avidos animos, quos beneficii immemores facitis, levissimæ autem contumeliæ acerrimos insectatores. (6) Quæ si in hos solum quadrarent, jure forte declamandi in hos unos esset locus. Nunc quum ne vos ipsos quidem Pronœa illa vestra, fatidica anus, his liberos perturbationibus reddat, quæ in iis castigatis, prius evellite a vobis.

XIV. At nulla, ait, ratio reddi potest, cur nobiliorem alio alium judicemus. Imo non leves videmur initio hujus disputationis attulisse, nisi mavis Aristotelem illo ipso libro de Nobilitate conscripto audire. (2) « Perspicuum igitur est, inquam, quid sentiendum de eo sit, quod agitavimus jam dudum : nempe, quid causæ sit, quod ii nobiliores ceteris judicantur, quorum opes a longinquo generis primordio repetuntur, aut quorum majores longo intervallo fuerunt boni, quam illi, qui propius absunt a nobilitatis suæ principio. Porro abest propius, qui sua sponte virtutem colit, quam cui avum contigerit hujusmodi habuisse. Quo fit ut nobilis demum ille sit, qui fuerit vir bonus. Inventi sunt etiam, qui specie quadam reprehensionis id convincere studeant, perinde quasi pertexerent justam ratiocinationem contra nobilitatem. Quemadmodum sane asserit Euripides : Non antiquitate majorum æstimandam esse nobilitatem, sed virtute : nec alium quemquam nobilem omnino esse, nisi virum bonum. Qua tamen opinione nihil minus verum est. Imo recte ponunt ea de re quæstionem, qui laudem virtutis, longa vetustate confirmatam, huic sententiæ adhibent. Quid esset causæ diximus. Id autem in causa erat, quod nobilitas est virtus continuata gentis alicujus. Virtus bonum est : illa bona familia est, in qua complures suis posteris virtutem quasi per manus tradiderunt. Quod tum demum usu venit, quum ea fluxerit a primordio nobili bonoque. Namque principio vis ea tributa est, uti multa ejusmodi procreet, cujusmodi fuerit ipsum. Hoc munus et opus principii, alia multa sui similia gignere. Quum igitur in gente aliqua exstiterit quispiam in hunc modum affectus adeo bene moratus, ut ejus bonitas ad alios ejusdem familiæ per ætates multas pervenire possit, eam gentem esse optimam necessarium. Etenim in ea multi erunt homines egregii, si hominum propago fuerit : sin equorum, equi, et in ceteris animalibus ad eundem modum. Quamobrem consentaneum sit, haud esse nobiles, qui divites aut virtutis laude præstantes fuerint; sed eos, quorum majores in ultima vetustatis memoria, vel divites aliquando vel viri boni exstiterint. Hac enim disputatione verum indagatur. Quod autem initium est, omnium caput, si retro agas, reperietur. Neque vero nobiles continuo sunt, quorum egregii majores, sed ii tantum ex majoribus, qui principes in edenda familia fuerunt. Quodsi bonus quispiam sua sponte non habet eam vim naturæ, ut sui similes procreare multos queat, non potest ab eo duci principium gentis. Igitur his rebus æstimandum est cujusque gentis principium et ii demum nobiles, qui nati in ejusmodi familia sunt : idque ea lege, si auctor primus ita sit, non autem tuus pater proximus. Etenim, qui est pater, non edit in lucem duntaxat virum bonum, qua est pater, sed qua genitus ipse est in hujus familia. »

XV. Ταῦτα μὲν Θεόγνιδος περιφέρεται τοῦ Μεγαρέως, ὡς Ξενοφῶν λέγει· οὗτος ὁ ποιητὴς περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας λόγους ποιεῖται, καὶ εἰκότως περὶ ἀνθρώπων βίου ἀπομνημόνευμα καλεῖσθαι δύναται, παραπλησίως εἴ τῆς ἱππικῆς ἐπιστήμων τις, περὶ αὐτῆς ἐγεγράφει. (2) Τούτου τοῦ ποιήματος, ὡς οἶμαι, συνισταμένη ἐστὶν ἀρχὴ, ὅτι ἀπὸ τοῦ καλοῦ τοῦ γένους προοιμιάζει. Οὕτω γὰρ ἐδόκει, οὔτ' ἄνθρωπον, οὔτ' ἄλλο τι τῶν φυομένων μέλλειν ἔσεσθαι καλὸν, εἰ μὴ καὶ αὐτὰ τὰ αὐτὸν γεννήσοντα καλὰ ᾖ. Διὰ τοῦτο καίριον ᾠήθη τῶν ἄλλων ζώων παραδείγμασι χρῆσθαι, ἅπερ οὐκ εἰκῇ, ἀλλὰ σπουδαιοτέρως τρέφεται, ὧν περὶ τὴν κηδείαν καὶ τὴν θεραπείαν οὐ μικροῦ ποιούμεθα, οὐκ ἄνευ τέχνης τινὸς, ὡς γενναιότατα τυγχάνωσι, ὅπερ καὶ δηλοῖ διὰ τὰ ἑπη τάδε·

Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
κτήσασθαι, γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἢν τις χρήματα πολλὰ διδῷ.
Οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἀκοιτις
πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
Χρήματα γὰρ τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ, πλοῦτος ἔμιξε γένος.

(3) Ὅσον καθήκει τὴν τῶν υἱῶν γένεσιν, ἐν τούτοις τοῖς ἔπεσιν ἡ τῶν ἀνθρώπων ἄγνοια δηλοῦται· καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνειν τοὺς ἐνδόξους οἴκους ἀμαυροῦσθαι, τῷ τοὺς εὐγενεῖς τοῖς ἀγενέσι συζεύγνυσθαι. Οἴονται μέντοι πολλοὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐπιθυμίαν καὶ φιλοχρηματίαν ἐν τούτοις κατηγορεῖσθαι, διότι οὐδεὶς παραιτεῖται βουλόμενος χρηματίζεσθαι τῇ [μὲν] ἀγενὴς καὶ ἄδοξος, τῇ δὲ κακὸς καὶ αἰσχρὸς γίνεσθαι. Οὐ μὲν ἀλλ' ὡς ἐγῷμαι τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄγνοιαν μᾶλλον [ἂν] αἰτιάσαι τῶν διὰ φιλοχρηματίαν τὴν εὐγένειαν ἀνεχομένων κατὰ σχολὴν ἐξίτηλον γίνεσθαι.

XVI. Ἀλλ' ἐπεὶ ὁ Χρύσιππος ἐξ ἐραστοῦ Εὐριπίδου πρὸς ἡμᾶς ἀναμάχεται, φέρε δὴ, προφέρωμεν ἅπερ ἐκεῖνος τῆς εὐγενείας κήρυξ ἦδε περὶ αὐτῆς. Οὕτω γὰρ αὐτός·

Εἰ τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασιν λελείμμεθα,
ἡ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.
Φεῦ, φεῦ, τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
ὅσην ἔχει φρόνησιν ἀξίωμά τε·
κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγὼς,
τιμὴν ἔχει τιν', ἀναμετρούμενος δέ πως
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.
Ἡμῶν τί δῆτα τυγχάνεις χρείαν ἔχων;
πατέρων γὰρ ἐσθλῶν ἐλπίδας δίδως γεγώς.
Πένης γὰρ οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν
τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον...
Φέρει δὲ καὶ τοῦτ' οὐ[χὶ] μικρὸν εὐγενὴς
ἀνὴρ στρατηγῶν, εὐκλεᾶ τ' ἔχων φάτιν·
ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἡ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
ἐνέλαμψε· κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.
Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς
ἐσθλῶν γενέσθαι, κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
τῆς εὐγενείας ὄνομα τοῖσιν ἀξίοις.

(2) Ταῦτα μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου διαμαχομένου

XV. Atque (*hæc*) quidem, ut ait Xenophon, Megarensis Theognidis carmina feruntur. Hic poeta de virtute vitiisque hominum, nec alia re ulla sermonem instituit: nec injuria dici potest commentarius de hominum vita: haud aliter quam si peritus rei equestris ea de re scriptum aliquod edat. (2) Hujus poematis, meo judicio, certe [*leg.* recte] institutum est principium, quum orditur a bonitate generis. Nam ita sentiebat, nec hominem, nec aliud quidquam, quod procreatur, fore bonum, nisi, quæ illud procreatura sunt, bona sint. Quare visum est ei, ceterorum animantium exemplis uti, quæ non temere, sed accuratius, aluntur, quæque curantur et comuntur quadam arte, ut nobilissima evadant. Id quod his versibus facit perspicuum:

Fortis equus firmusque aries, non villis asellus,
egregio qui sit sanguine, Cyrne, volunt;
et satagunt omnes sibi habere. At fœdera jungit
vilia, si dederit vir generosus opes.
Femina nulla thoros, quamvis generosa, recusat
divitis, hunc forti præferet illa viro.
Gazæ amor est summus, vilem sibi nobilis aptat,
vilis et egregiam, turbat et arca genus.

(3) His versibus declaratur hominum inscitia, quod attinet ad procreationem sobolis; atque ob eam rem evenire, ut familiæ cujusque bonitas sensim minuatur, quod degeneres tam sæpe nobilibus copulantur. Non pauci tamen his versibus accusari hominum cupiditatem et sordes a poeta existimabunt, eo nomine, quod eorum nemo recuset, modo se posset locupletare, tam degener et ignobilis, quam vitiosus et turpis evadere. Ceterum, mea quidem sententia, hominum inscitiam in vita degenda potius accusat, qui nobilitatem tam præclarum thesaurum opum amore sensim delabi patiantur.

XVI. Sed quando Chrysippus ex amatore suo Euripide nos oppugnat [*imo*, ex amatore Euripidis noster fit denuo adversarius], age vero, proferamus, quæ et ille nobilitatis præco pro nobilitate cecinit. Sic autem ille:

Quamvis familiæ haud suppetant nobis opes,
generosus animus, prisca nobilitas manent.
Proh sancta divum numina! patris nobilis
quos addit animos, quod decus fiducia!
Quamvis egestas nobilem oppugnet virum,
cunctis verendus tamen erit, necnon patris
secum ipse reputans facta, crescet moribus.
Quid nostri egentem casus huc te detulit?
sperare de quo multa nobilitas jubet.
Quæ cetera aufert inopia, generis decus
auferre nescit.
Id vero multum rettulit, prosapia
sitne imperator nobili, fama bona:
generosa patrum filiis virtus inest,
unaque crevit, melior opulentis thoris.
Illustre et ingens specimen in mortalibus
stirps clara generis nomen augescit, cui
decus exprobrari familiæ jure haud potest.

(2) Hæc quidem non sunt hominis oppugnantis et dejicien-

καὶ καταβαλλομένου τὴν εὐγένειαν, μᾶλλον δὲ ἐπαινοῦντος καὶ ὑπεραίροντος. Τί δ' ἐκεῖνα τοῦ αὐτοῦ;

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,
ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν· ὃς δὲ νικηθεὶς πόθῳ
κακοῖς ἐκοινώνησεν, οὐκ ἐπαινέσω,
τέκνοις ὄνειδος οὕνεχ' ἡδονῆς λιπεῖν.
Τὸ δυστυχὲς γὰρ ἡ εὐγένει' ἀμύνεται
τῆς δυσγενείας μᾶλλον· ἡμεῖς γὰρ κακῶν
εἰς τοὔσχατον πεσόντες εὕρομεν φίλους.
Τοσόνδε παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι
χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ' εὐσεβεῖν ἠσκηκότα.
Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτό μ' ἂν πίθοι ποτέ.
—— Τό τ' εὐγενὲς
πολλὴν δίδωσιν ἐλπίδ' ὡς ἄρξουσι γῆς.
Τὴν εὐγένειαν, κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν,
τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.
Ἀλλ' εἴπερ εἶ γενναῖος, ὡς αὐτὸς λέγεις,
σήμαιν', ὅτου τ' εἶ καὶ πόθεν· τὸ γὰρ καλῶς
πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος.

XVII. Ἀλλὰ τὸν Χρύσιππον ἀφῶμεν, οὐχ ἅπαξ ἐναντιούμενον ἑαυτῷ, ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ἀγαθῶν καὶ ἐν τῷ Περὶ ῥητορικῆς, ὑγίειαν ἐάν τις τοῖς ἀγαθοῖς ἐναριθμῇ οὐκ ἀντιμάχεσθαι, καὶ ἐν τῷ Περὶ τῶν καθ' αὑτὰ αἱρετῶν οὐδὲ μανίας ἀποστερεῖ τοὺς τούτων καταφρονοῦντας. (2) Καὶ τῷ ὄντι οὔτ' ἐκεῖνος οὔθ' οἱ Στωϊκοὶ δέονται τῆς εὐγενείας, ὅσοι τοιαύτης ἐφάπτονται φιλοσοφίας, ᾗ τὰ πάνθ' ὡς ἀπὸ θείας ῥάβδου ἑαυτοῖς συντόμως χορηγεῖσθαι μεγαλαυχοῦνται· αὐτοὺς πλουσίους, εὐγενεῖς, καλοὺς, βασιλέας εἶναι· ἀλλὰ μὴν οὗτοι οἱ πλούσιοι τοὺς ἄλλους τὴν τροφὴν προσαιτοῦσι· τούτους τοὺς βασιλέας οὐδεὶς ὑπακούει· αὐτοὶ πᾶσιν ἔνοχοι τὰ πάντα κέκτηνται, μόλις ἐπήλυδες τὸν οἶκον μὲν εἰς τρεῖς μῆνας μισθωσάμενοι, τὸν δὲ μισθὸν οὐκ ἀποτελοῦντες.

XVIII. Ὁ δὴ Φίλων οὐχ ὥσπερ σοὶ δοκεῖ, οὕτως ἀδίκως διακεῖται πρὸς τὴν εὐγένειαν, οὔτε τὴν τοῦ Λυκόφρονος γνώμην δοκιμάζει, καίπερ αὐτὴν ἀναφέρων. Οὕτω γὰρ ἐκεῖνος·

2. « Ὅλως δὴ περὶ εὐγενείας ἐγὼ ἀπορῶ, τίνας χρὴ καλεῖν τοὺς εὐγενεῖς. Εἰκότως γὰρ, ἔφην, τοῦτο σὺ διαπορῶν· καὶ γὰρ [παρὰ τῶν πολλῶν] καὶ παρὰ τῶν σοφῶν τὰ μὲν ἀμφισβητεῖται, τὰ δὲ οὐ λέγεται σαφῶς εὐθὺς τὰ περὶ τῆς δυνάμεως. Λέγω δὲ τοῦτο, πότερον τῶν τιμίων ἐστὶ καὶ σπουδαίων, ἢ καθάπερ Λυκόφρων ὁ σοφιστὴς ἔγραψε, καινόν τι πάμπαν. Ἐκεῖνος γὰρ ἀντιπαραβάλλων ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτὴν, Εὐγενείας μὲν οὖν, ἔφη, ἀφανὲς τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνὸν, ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἵρεσιν αὐτῆς, κατὰ δὲ ἀλήθειαν οὐδὲν διαφέροντας τοὺς ἀγενεῖς τῶν εὐγενῶν. »

3. Ταῦτα δὲ οὐ θαυμαστὸν ὑπὸ ἀγενοῦς γεγράφθαι σοφιστοῦ. Ἆρα τίνα τούτῳ ἀντιθῶμεν; Ποσειδώνιον, οἶμαι, σεμνὸν μάλα φιλόσοφον ταῦτα πρὸς Τουβέρωνα διαλεγόμενον·

tis nobilitatem, potius vero laudantis et efferentis Quid illa ejusdem?

Non præmium ullum liberis præstantius,
ac nosse patrem nobilem fortem, probum,
sociamque lecti nobilem. Sin quis mala
libidine amens jungit obscuras faces,
non laudo. Tanti num voluptas, liberis
probrum ut relinquas generis et turpem notam?
Generosus animus vincit adversa et domat,
ignavus illis cedit. Et nos ultimo
mersi periclo, sensimus amicam fidem.
Usque adeo puerum, sat scio, incessit pudor,
celebrare cœtus qui bonorum assueverit,
sanctosque mores didicit. Hunc ergo malum?
istone natum genere vitiosum putas?
Hoc mihi probabit nemo, nec persuaserit.
Hos magna generis claritudo spem facit
illo superba sceptra fixuros solo.
Conjux vetusta gente, quamvis fuda sit,
appetitur: hanc spes liberûm gratam facit,
opibusque potior dignitas multis placet.
Si, ut prædicat te nobilem, ita se res habet,
nomen parentum et patriæ narra: [nam] ex bonis
quidquid creatum, pollui dictis nequit.

XVII. Sed mittamus Chrysippum, non uno loco contraria scribentem; nam et in libro primo de Bonis, et libro de Arte dicendi, opes, nobilitatem, pulchritudinem, sanitatem, bonis si quis adscribat, non se repugnare ait. Libro quoque de Iis quæ per se eligantur, ne ab insania quidem liberat eos, qui hæc nihili faciant. (2) Ac revera nihil illi, nihil Stoicis nobilitate opus, qui id genus philosophandi secuti sunt, quo sibi virgula velut divina omnia suppetere jactitant: se divites, nobiles, formosos, reges esse. Divites autem sint, sed qui ab aliis cibum emendicent: sint reges, sed quibus nemo pareat, ipsi omnibus sint obnoxii: soli omnia possideant, sed qui vix inquilini trimestrem mercedem pro domo locata persolvere possint.

XVIII. Philo autem nobilitati non tam iniquus fuit, quam putas: neque vero probavit Lycophronis sententiam, tametsi retulerit. Sic enim ille:

2. « Plane dubito, quod attinet ad nobilitatem, qui tandem illi sint quos appellare nobiles æquum esse videatur. Nec injuria, inquam, super ea re quæstionem scite ponis. Etenim tam imperiti homines, quam sapientes, aut ea de re non idem sentiunt, aut non explicant satis dilucide. Verbi causa: quæ demum vis hujus sit, utrum nobilitas quiddam honoratum et præstabile sit; an potius, quod Lycophron sophista prodidit memoriæ de ea, prorsus novo exemplo, verum judicabimus? Nam is contendens hanc cum aliis bonis, ignotam esse in vulgus ait ejus pulchritudinem, verboque solum, non re, ejus dignitatem niti: quippe quam opinio vana faciat optabilem, re autem vera nihil inter ignobiles et nobiles interesse.

3. Sed hæc non mirum scripta ad ignobili sophista. Quem igitur huic opponemus? Posidonium, opinor, gravem inprimis philosophum, hæc cum Tuberone disputantem [*Sunt Aristotelis*]:

4. « Ἀμφισβητεῖται δὲ καθάπερ καὶ περὶ τοῦ πηλίκον ἀγαθόν ἐστι, οὕτω καὶ τίνας δεῖ καλεῖν εὐγενεῖς. Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γενέων εὐγενεῖς εἶναι νομίζουσι, καθάπερ καὶ Σωκράτης· διὰ γὰρ τὴν Ἀριστείδου ἀρετὴν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γενναίαν εἶναι. Σιμωνίδην δέ φασιν ἀποκρίνασθαι διερωτώμενον, τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων φάναι· καίτοι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσι.· Θέογνις δὲ ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας,

> Ὡς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσι βροτοὶ,
> μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις...

Ἦ, πρὸς Διὸς, οὐχ αἱρετώτερος ὁ πλουτῶν αὐτὸς, ἢ οὗ ὁ πρόπαππος, ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν, αὐτὸς δὲ πένης; Πῶς γὰρ οὐκ; εἶπε. Καὶ δέοιτ' ἂν κηδεύειν τοῖς πλουσίοις μᾶλλον, ἢ τοῖς εὐγενέσιν; Εὐγενεῖς γὰρ οἱ παλαιοὶ, κρείττους δὲ οἱ νῦν· οὐκοῦν ὁμοίως κἂν τις ὑπολαμβάνῃ οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων, ἀλλὰ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι· κρειττων γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος· καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον πατρὸς ἢ προπάππου· αἱρετώτερον δ' αὐτοῦ εἶναι σπουδαῖον, ἀλλ' οὐ τὸν πρόπαππον ἤ τινα τῶν ἄλλων προγόνων. Ὀρθῶς, ἔφη, λέγεις. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐπεὶ ἐν μηδετέρῳ τούτων ὁρῶμεν τὴν εὐγένειαν, σκεπτέον ἄλλον τρόπον; Τίνα τοῦτον μέντοι; Σκεπτέον δὴ, ἔφη. Τὸ εὖ σημαίνει τι δήπου τῶν ἐπαινετῶν καὶ σπουδαίων, οἷον τὸ εὐπρόσωπον καὶ τὸ εὐόφθαλμον· ἀγαθὸν γάρ τι καλὸν σημαίνει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον. Πάνυ γὰρ, εἶπεν. Οὐκοῦν εὐπρόσωπον μέν ἐστι τὸ ἔχον ἀρετὴν προσώπου, εὐόφθαλμον δὲ τὸ ὀφθαλμοῦ ἀρετήν. Οὕτως, εἶπεν. Ἀλλὰ μήν ἐστι γένος τὸ μὲν σπουδαῖον, τὸ δὲ φαῦλον, ἀλλ' οὐ σπουδαῖον. Πάνυ γε, εἶπε. Σπουδαῖον δέ γέ φαμεν ἕκαστον κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν εἶναι, ὥστε καὶ γένος σπουδαῖον ὡσαύτως. Οὕτως, εἶπε. Δῆλον ἄρ', ἔφην, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐγένεια ἀρετὴ γένους. »

XIX. *** (2) Ταῦτα, φημὶ, οὔτε διαφημοῦσι τὴν εὐγένειαν, οὔθ' ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεπλασμένα δύναται πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας στερεὰν ταμιεύεσθαι μαρτυρίαν. Ἐκεῖνοι γὰρ καὶ εἰς τοὺς θεοὺς αὐτοὺς ἀναφέρουσιν, ἅπερ οὐδ' εἰς σώφρονας ἄνδρας ἄνευ αἰσχύνης μεταθετέα· οὐδ' εἴ τινος ἀμφισβητούμενον γένος ἐστὶ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ διαδοχὴ τῆς εὐγενείας τύχῃ, διὰ τοῦτο τῆς εὐγενείας ἀρχὴ μιαίνεται· τούτων γὰρ οἱ πάλαι πρόγονοι καὶ ἐπιφανεῖς, καὶ πᾶσιν ὑπῆρξαν ἔνδοξοι, καὶ ἀπὸ τῶν εὐγενῶν εὐγενεῖς. (3) Ὅθεν δῆλον, εἰ τῆς εὐγενείας γονὴ προκεχυμένη εἰς ἔρωτας τοὺς ἀκολάστους, ἔφυσεν ἀπαραιτήτους ἐπιγόνους, δικαιότερον ἂν ἦν τοὺς κατὰ νόμους ἐξ εὐγενῶν πεφυκότας ὡς ἐπαινετοὺς εὐδοκιμεῖσθαι. Εἰ δ' ἐξ εὐγενοῦς ἐπιθυμίας εἰς δημοτικὸν πεπτωκυίας ἀνὴρ εὔσημος ἐγένετο, ὅσῳ εὐσημότερος ἔσεται ὁ ἐκ τοῦ καθαροῦ θαλάμου; Οὐδ' ἐκ τῶν παρὰ τοὺς εὐγενεῖς πλημμελημάτων ἡ εὐγένεια τεύξεταί ποτε ἀκλείας· οὐ μᾶλλον ἢ διὰ τῶν

3. « Ambigi solet, non modo, quantum in nobilitate sit boni, sed etiam, qui demum id nominis mereantur. Alii nobiles illos censent, quorum parentes bonitate præstiterint: quod facit Socrates. Qui, quoniam Aristides summa virtute fuit, generosam ejus putat filiam esse. Simonidem ferunt, ecqui nobiles forent, aliquando interrogatum, Eos respondisse, quorum majores inde usque a multo tempore opulenti fuerint. Tamen sunt qui dictum vituperent, at minus recte. Theognis autem poeta [*imo* Euripides] hos edidit versus:

> Generositatem vulgus apprime probat:
> Sed conjugem omnes ducere opulentam expetunt.

An non, quæso, est optabilius te divitem esse, quam proavum tuum, aut majorum tuorum quempiam fuisse divitem aliquando, ceterum nunc esse pauperem? Quidni? inquit: ac censeo, affinitatem potius cum pecuniosis, quam nobilibus esse contrahendam. Nobiles illi antiqui sunt, at præstabiliores multo, qui nunc vivunt. Quare eadem opera existimes, non magis eos nobiles haud [?] esse, quorum majores opibus maximis multo ante floruerunt, quam qui longo intervallo repetunt sui generis primordium a viris præstantibus virtute. Virtus enim recentis memoriæ longe melior, quam illa prisca et obsoleta: propiusque attingit quemque conjunctio patris, quam proavi: necnon satius est, virum te bonum esse, quam proavum, aut majorum tuorum quempiam. Est ita ut dicis, inquit. Quum ergo, inquam, neque in hoc, neque illo sit nobilitas ponenda, uti apparet, an non alio modo investiganda est? Quo tandem? Age, inquit, dispiciamus. Particula εὖ, quæ prima est hujus vocabuli εὐγένεια, laudabile quid et præstans suoque in genere perfectum declarat, ut εὐπρόσωπον, honesta facie, εὐόφθαλμον, perspicaci oculo. Nam boni pulchrive quidpiam his verbis denotatur. Maxime vero, inquit. Igitur εὐπρόσωπον est quod faciei præditum est virtute, εὐόφθαλμον, quod oculi. Est ita, inquit. Jam vero, aliane est egregia laude familia, quædam turpis, nec laudabilis? Maxime vero, inquit. Præstans et egregium quidquam dicimus pro natura suæ virtutis, ac proinde idem sentiendum de bonitate generis. Est ita, inquit. Perspicuum ergo est, inquam, nobilitatem esse virtutem generis. »

XIX. Proinde quid Lycophron conatur ostendere, si repetamus, aut Jovem, aut Herculem, aut ejus liberos et posteros, aut Theseum, aut Bacchum, aut Apollinem, Perseum, Iasonem, Cyrum, et ex Heroibus majorem numerum, quorum se nobilitate deinceps multum jactavere, horum originem fœdam fuisse et spuriam, etiam si excutiamus altius de Rhea, quæ prodiderint Ægyptii veteres. (2) Hæc, inquam, neque noxæ esse possunt nobilitatis, neque a poetis conficta in certum testimonium veritatis promenda. Illi quidem diis etiam ea tribuere, quæ pudet in moderatos homines transferre. Neque si, qui parum certis natalibus prodiere, nobilitatis nomen propagavere, ideo origo fœda nobilitatis. Hi enim antea clari, et in vulgus noti fuere nobilium sati sanguine. (3) Ex quo apparet, si nobilitatis semen effusum in amores parum pudicos, inde tamen ortos posteritati commendare potuerit: multo magis æquum esse, legitimis ortos nobilibusque parentibus claros laudabilesque censeri. Lapsa est libido no-

φιλαργύρων πλεονεξίαν ἡ τῶν χρημάτων αὐγή. Καὶ εἰ μὲν ἐκ τοιούτων ῥυπαρῶν συνουσιῶν προσεπεγένοντο εὐκλεεῖς, σπουδαῖοι δὲ γεγενημένοι τὴν τοῦ ὀνόματος ἀθανασίαν εἰς τὰ πόρρω προὔδοσαν τοῖς ὑστέροις· τί κωλύει, τὴν εὐγένειαν ἀπὸ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς ἀρχήν τε καὶ αὔξησιν εἰληφέναι; Καὶ ὁ ὑβριστικῶς ἐρωτηθεὶς, τίς ποτ' ἐτύγχανεν ὢν ὁ τοῦ Πηλέως πατήρ, ἠρώτησε καὶ αὐτὸς τὸν Πτολεμαῖον βασιλέα, τίς ἦν ὁ τοῦ Λάγου πατήρ; ἢ ὕβριν ὕβρει ἀπέτρεψεν, ἢ τοὺς ῥυπαροὺς ἀνθρώπους ἐμιμήσατο, ὧν ἔθος ἦν ἀεὶ τῇ εὐγενείᾳ φθονεῖν. (4) Ἀξιῶ δὲ τῇ εὐγενείᾳ οὕτω τὴν οἰκείαν αὐτονομίαν διατηρεῖσθαι, ὡς μὴ καταπατεῖν τὰς ἄλλας ἐν τῇ πολιτείᾳ καταστάσεις, καὶ αὐτὰς ἔχειν ἐν ὄχλου τάξει. Ἰνδικοὺς κύνας δῶρον πεμφθέντας Ἀλεξάνδρῳ φησὶν Ἀριστόβουλος, πρὸς μὲν τοὺς ἀγρίους ταύρους καὶ ὀρεῖς ἀδμήτους προβαλλομένους, ἀκινήτους κατακεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸν εἰσηγμένον λέοντα ἐκθορήσαντας εἰς μάχην ἐπερρίφθαι. Τὸν αὐτὸν τρόπον ἐὰν μὲν δημοτικοί ποτε τὴν εὐγένειαν ζηλοτυπῶσιν, ἐὰν δὲ σοφισταὶ εἰς αὐτὴν φλυαρῶσιν, οὐ θέμις αὐτοὺς εἰςορούειν, βοᾶν, κράζειν, ἀλλὰ σιγῇ τὴν αὐτῶν στωμυλίαν καταχοῦν. (5) Ἔστω αὐτοῖς ἐν παραδείγματος λόγῳ τὸ τοῦ Καίσαρος ἀπόφθεγμα· λέγοντι γάρ τινι ὡς κακολογεῖται, Ἀλλὰ μὴν ἀρκεῖ μοι, φησὶν, ὡς τοιοῦτός εἰμι, ὥστε μὴ παρ' ἐκείνων κακουργεῖσθαι, οὐδ' ἐξεῖναι βούλομαι τοῖς εὐγενέσι, τοῖς ἐν τέλει, τοῖς ἄρχουσι, παρέχειν ὦτα ταύταις ταῖς ἔρισιν ἐκπεπληγμένους· ἀλλὰ μᾶλλον τὰς αὐτῶν μεταφέρειν μελέτας, πρὸς ἃ ἡ εὐγένεια συνεγείρει, ἵνα περὶ τῶν ἄλλων σωτηρίας σπουδὴν ποιούμενοι πολλὴν, περὶ τῆς αὑτῶν οὐ πολλὴν ἄγαν ἔχωσι φροντίδα, μεθ' ἑαυτῶν ἀναπολοῦντες τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο τοῦ Ἀλεξάνδρου « εὖ ποιήσαντα κακῶς ἀκούειν εἶναι βασιλικόν. »

XX. *** (2) Ἀλλὰ μὴν οὐ περὶ τούτου ἡ παροῦσα πραγματεία, πότερον ὁ τῶν ἀγροίκων ἢ τῶν ἐν πόλεσιν ἀρχαιότερος βίος, οὐδ' εἴ τις ἐγκωμιάζων τὸ ἐν ἀγροῖς ζῆν, τοῦ Κρόνου βασιλέως γόνον ὑπάρχειν ἔλεξε τοὺς γεωργοὺς, δέον ταύτην τὴν μαρτυρίαν ὡς ἀληθεστάτην προφέρεσθαι. Ἅπαντες γὰρ ἡμεῖς οἱ θνητοὶ ὑπὸ τῶν θεῶν τυγχάνομεν γενόμενοι· οὐ μέντοι κωλύουσι τὰ ἤθη, ἀλλὰ τὰ τῶν ἐθνῶν ἔθη, καὶ αὐτὴ ἡ αἴσθησις ἡ κοινὴ, τὸ ἀπ' αἰσχροῦ καλὸν, ἀλήτην ἀπὸ πλουσίου, χωλὸν ἀπ' ἀρτίου μὴ διακρίνεσθαι· οὐδ' εἴ τινες ἐν τοῖς γοῖς πρὸς ἑτέραν θεραπείαν ἔξοχοι, διὰ τοῦτο τὴν εὐγεωργένειαν ἀπ' αὐτῶν τὴν ἀρχὴν ἀναγκαῖον εἰληφέναι· οὐ γὰρ ἧττον λέγουσιν ὄντες γεωργοὶ, ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ πολυτελεῖ δούλων εἰσὶ γένη πολλὰ, καὶ δοῦλοι μέντοι, ὅ τε προστάτης, καὶ οἱ ταμίαι, καὶ οἱ κυαθίζοντες, καὶ οἱ γραμματεῖς, ἔτι δὲ καὶ ἄλλοι, ὥσπερ οἱ κτηνονόμοι.

3. * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * *

bilis in plebeiam, aut sui similem? prodiit inde vir clarus? Quanto clarior, qui prodiit e puro thalamo! Neque unquam nobilium vitia nobilitatem infamaverint, non minus quidem, quam avarorum sordes opum splendorem. Quodsi ex sordidis hisce complexibus nati clari evasere, si virtutem amplexi nominis immortalitatem undique propagavere : quid vetat quin virtus eorum nobilitati principium incrementumque tribuere potuerit? Nam ille quidem, qui rogatus per contumeliam, quis fuisset Pelei pater, rogavit regem Ptolemæum, Prius responderet, quis esset Lagi pater; vel contumeliam contumelia repulit, vel sordidorum hominum morem imitatus est, quorum semper proprium fuit obtrectare nobilitati. (4) Volo enim ita nobilitas jus suum retineat, ne sibi tamen permissum putet conculcare, et in ordinem reliquos omnes ordines redigere. Canes Indicos dono Alexandro datos refert Aristobulus, dum objicerentur tauri ferocientes mulique, indomitos [*l.* immotos] jacuisse, at mox, exhibito leone, excitatos in pugnam ruisse. Ita si plebeii interdum obtrectant nobilitati, si sophistæ in eam deblaterant, nolo irruant, clament, vociferentur : potius silentio obruant eorum loquacitatem. (5) Imitentur Cæsaris illius factum : cui quum narraretur, esse qui ei detraherent, Satis esse, respondit, si id posset, ne illi facere aut moliri in eum quidpiam possint. Neque enim tantum volo esse otii nobilibus, proceribus, principibus, ut aures aperiant tricis hisce occupati. Potius cogitationes traducant ad id, quod [*l.* quo] eos excitat nobilitas : ut aliorum saluti prospicientes de sua parum sint solliciti; repetantque vetus id Alexandri : *Quum bene feceris, male audire regium esse.*

XX. Menander, inquis, Heracleotes, agricolas ipsos unos esse reliquias ex stirpe Saturni prædicat : Epigenes Rhodius multis rationibus comprobat, antiquiorem multo fuisse rem rusticam, quam urbanam : Diophanes nobilitatis initium ex agricultura trahit, in qua qui excellere videbantur, pastores esse maluerunt, quasi et ipsi imperium exercerent in animalia. (2) Atqui non id nunc agitur, antiquiorne sit rusticâ res urbana : neque, si quis collaudans rusticam vitam Saturni regis ex stirpe agricolas esse dixit, hoc quasi certissimum testimonium afferri debuit. Sumus quidem omnes mortales satu deorum procreati : nec tamen prohibent mores, prohibent instituta gentium, prohibet ipse sensus communis, quin pulchrum a deformi, inopem a divite, claudum ab integro discernamus : nec, si inter agricolas alterius operæ præstantiores, ideo ab iis necesse fuit nobilitatem initium sumere : neque enim minus desinunt esse agricolæ, non minus quam in copiosa familia, servorum sunt varia genera, et tamen servi, atrienses, ratiocinatores, qui sunt a cyathis, qui ab epistolis servi, atque alii mediastini.

3. Ecce autem, ais, non solum nobilitatis nomen irrepsisse in certos homines, at in certas etiam in universum provincias, veluti quum Euganei sese omnes nobilitate commendant, Moriseni Sitoniique, qui plane rectius Orphei nomine gloriantur, quam qui incolunt Dioscuriadæ oppidum, et Henioch(or)i, qui se jactitant ab Amphyto Telquioque, Castoris et Pollucis aurigis, nobilitatos.

4. Οὐδ' ἀπρεπὲς ἂν ἦν, ὅλην τὴν [χώραν] εὐγένειαν ἀποδείκνυσθαι, οὐχ ἧττον ἢ τὴν καλοκἀγαθίαν· οὐδ' ὅσοιπερ ἀπὸ τοῦ Κάστορος [καὶ Πολυδεύκους] ἱππηλατῶν γεγονότας ἐρίζουσιν, εὐγένειαν ἀποφαίνουσιν, ἀλλ' ἀρχὴν μᾶλλον· οὐδ' ἄδοξοι, ἀλλ' ἐπιφανεῖς, ἔτυχον ἡνίοχοι τότε, ὅταν ἀφ' ἁρμάτων μόνον ἦσαν αἱ μάχαι, [καὶ] ἡ τῶν κελήτων ἠγνοεῖτο στρατεία· ὅσα δὴ τούτου παραδείγματα παρὰ τῷ Ὁμήρῳ; ἀλλὰ διὰ τί με πρὸς Πίνδαρον ἀνακαλεῖς;

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν θεῶν γένος· ἐκ μιᾶς δὲ πνέομεν
μητρὸς ἀμφότεροι.

Ἀλλ' ἀπείρους τόπους ὁρᾶν ἔστι παρ' ἐκείνῳ τοὺς νικῶντας ἀπὸ τῆς εὐγενείας ἐγκωμιάζοντι, καὶ αὐτὸν Ἀλκιμίδην ἀπὸ τοῦ πάππου Πραξιδάμαντος, τοῦ Σωκλίδου μνήμην ἀνανεώσαντος, ὃν τῶν Ἀγεσιμάχου υἱῶν ἐξοχώτατον ὑπάρξαι φησί· οὐδ' ἐπῆλθεν αὐτῷ μὴ κακολογεῖν τὴν εὐγένειαν, ἀλλὰ μᾶλλον προτρέπειν ἅπαντας τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὸ τὰ τῆς σπουδῆς καὶ ἀρετῆς καλὰ καρποῦσθαι, ὅσοιπερ ἀπὸ τῶν θεῶν γεγονότας μεμνῆσθαι ἀξιοῦσι. Οὐ γὰρ Ἡσιόδου εἵπετο τοῖς λήροις, φάσκοντος ἐκ τῆς γῆς τὸν οὐρανόν, ἐξ Οὐρανοῦ Κρόνον, ἐκ Κρόνου Δία πεφυκέναι· ὁ δὲ Πίνδαρος συνετῶς οὐ πάντας ἐξ ἴσου διάγειν βίον μαρτυρεῖ ἐν τοῖς τοῦ Σωγένους ἐγκωμίοις.

XXI. Μέχρι δὲ τίνος ἀπειρόκαλος ἔσῃ τὸ Ἰφικράτους ἀπόφθεγμα εὐλογήσας; τοιούτῳ δὲ κέχρηταί ποτε καὶ ὁ Τύλλιος. Ὁ μὲν οὖν Ἰφικράτης ἀστείως τινὶ, ἑαυτὸν μὲν ἀφ' Ἁρμοδίου γένος ἔχειν μεγαλαυχοῦντι, ἐκείνῳ δὲ ὀνειδίζοντι τὸ ἀγενές, Ἀλλὰ μὴν τό μου γένος ἀπ' ἐμοῦ λαμβάνει τὴν ἀρχὴν, τὸ δὲ σὸν ἐν σοὶ λήγει. Τούτοις ἐκεῖνος τὴν μὲν εὐγένειαν οὐ κατέβαλεν, τὸ δὲ ἀγενὲς εἰκότως ἀνέκαμψεν εἰς τὸν ὀνειδίζοντα. (2) Οὕτως δὲ δίκαιόν ἐστι, τοὺς εὐγενεῖς τῆς αὐτῶν εὐγενείας ἀντιποιεῖσθαι, ὥστε μηδαμῶς αὐτοὺς μὲν ἀλαζονεύειν, τοὺς δὲ ἄλλους ἀποβηματίζειν, ἐν νόῳ ἔχοντας, ὡς καὶ αὐτοὶ κοινῇ μοίρᾳ πεφυκότες, καὶ ἀσμένως ἂν ἀκούσοντες τὸ Εὐριπίδειον ἐκεῖνο πρὸς Ἑκάβην·

Φεῦ, ὦ μῆτερ, ἥτις ἐκ τυραννικῶν δόμων
δούλειον ἦμαρ εἶδες· ὡς πράσσεις κακῶς
ὅσον περ εὖ ποτ'· ἀντισηκώσας δέ σε
σθείρει θεῶν τις τῆς πάροιθ' εὐπραξίας.

Καὶ παρὰ τῷ αὐτῷ οὐκ ἀνάρμοστα τὰ Πολυνείκους·

Οὐδ' ἠὐγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;
Κακὸν τὸ μὴ ἔχειν· τὸ γένος οὐκ ἔβοσκέ με.

(3) Οὐ διαμάχεται μὲν οὖν τοιαῦτα τῇ εὐγενείᾳ, μᾶλλον δὲ, νὴ Δία, προσορμῶσι πρὸς τὴν τῶν προγόνων ὀόξης ἀντίληψιν, σωτηρίαν, αὔξησιν· χαλεπὸν γὰρ καὶ δύσφορον τὸ τοῦ Ὀδυσσέως, ὅταν δικαίως εἰς εὐγενῆ ἐίπτηται,

[Σὺ δ' ὦ τὸ λαμπρὸν φῶς ἀποσβεννὺς γένους,
ξαίνεις, ἀρίστου πατρὸς Ἑλλήνων γεγώς.]

Οὐ γὰρ ἐκεῖνοι πρὸς ὀρχήσεις γενόμενοι, οὔτε πρὸς τὰς ἡδονὰς, παιδιὰς, ἀφροδίσια, ἁρπαγὰς, ἀδικίας πεφυ-

4. Neque vero indecens fuerit, universam provinciam nobilitatem ostentare, non minus quam probitatem et integritatem; neque qui se aurigis Castoris et Pollucis ortos contendunt, nobilitatem ostendunt, sed originem potius: neque tam viles, imo vero clari aurigæ eo fuere tempore, quo ex curribus tantum pugnabatur, militia unius tantum equi ignota erat: cujus rei exempla innumera apud Homerum exstant. Quorsum autem ad Pindarum me revocas, qui dicit

Hominum genus idem esse, quod deorum,
ex una parente utrosque spirare.

Quin potius innumeros ejus locos intuere, qui victores laudet e majorum nobilitate, et illum ipsum Alcimiden a Praxidamante avo, qui Soclidæ memoriam renovarit, quem Agesimachi liberorum excellentissimum fuisse ait. Non autem in mentem illi venit, obtrectare nobilitati; potiusque universos mortales hortari, et excitare ad industriæ fructus virtutisque decerpendos, qui satu deorum ortos sese meminisse possint. Non enim nugas Hesiodi secutus est, qui e Terra Cœlum, ex Cœlo Saturnum, ex eo Jovem genitum cecinit. Quam prudenter mox [?] Pindarus non omnes nos ex æquo vitam transigere Sogenem laudans testatur.

XXI. Quousque vero tandem in Iphicratis verbo commendando, quod et recte a M. Tullio usurpatum est, nimius eris? Iphicrates quidem salse in Harmodii e familia sese ortum jactantem, eique ignobilitatem exprobrantem, hoc detorsit: *Meum genus a me initium sumit, tuum autem in te finit.* Hoc ille quum dixit, non nobilitatem generis elevavit; sibi autem exprobrantem ignobilitatem jure refutavit. (2) Ita enim æquum fuerit, nobiles nobilitatem suam tueri, ne illa freti nimium insolescant, alios vero de gradu dejiciant: meminerint quoque sese communi sorte natos, et qui audire possint Euripideum illud Polydori ad Hecubam matrem:

O parens, quæ regia
genita domo servis, ut infelix agis,
quantum prius nunquam; deus quis te bona
ex ante fortuna malis conficit varians [?].

Nec vero Polynicis apud eumdem insulsa illa:

Jo. Non te generis evexit ad summum decus?
Pol. Malum carere est; nam genus non me aluit.

(3) Talia non oppugnantis sunt nobilitatem, imo per Jovem excitantis ad majorum decus tuendum, conservandum, augendum. Grave enim, per, inquam, grave videtur illud [Ulyssis], quum recte confertur in nobilem:

Tu splendidum natalium obscurans decus
lanam trahis, patre natus Argivûm optimo.

Non enim illi ad choreas nati, non ad oblectationes, lusus, res venereas, rapinas, injurias aliis inferendas editi: pu-

κότες, ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν ἀρετὴν, πόνον, σπουδὴν, τὴν περὶ τῶν πολιτῶν σωτηρίαν, πρὸς δὲ τοῦ δήμου πολιτικὰς ὠφελείας, εἰκότως πρέπον αὐτοὺς οὐ μόνοις σφισὶν αὐτοῖς φαινομένους πεφυκέναι. Τούτοις δὲ φάναι προσήκει τὰ ὑπὸ τοῦ Σατύρου τῇ Παλλάδι λεχθέντα περὶ τὴν αὐλητικὴν ἄγαν δήπου τερπομένῃ *** ἀλλὰ πατρῴας μεμνημένους εὐγενείας, ἐς ταύτην ἐσιδεῖν, ταύτῃ ᾕδεσθαι, πρὸς ταύτης αὔξησιν προπετεῖς ὑπάρχειν, καὶ τῇ ἑτέρᾳ ἐκείνῃ τῆς ψυχῆς εὐγενείᾳ ἐπιφανεῖς ποιεῖσθαι δεῖ. Ἔτι δὲ πρὸς ἐκεῖνο τοῦ συνετωτάτου ποιητοῦ ἀναβλέπειν, *** προσέχειν δὲ τὸν νοῦν, ὅπως ἑαυτοῖς ἁρμόζῃ τὸ πρὸς Ἑρμῆν λεχθὲν παρὰ Πριάμου,

Οἷος δὴ σὺ δέμας καὶ εἶδος ἀγητός,
πέπνυσαί τε νόον, μακάρων δ' ἐξ ἐσσὶ τοκήων.

Καὶ δικαίως οἷοί τε ὦσι προφέρειν τὸ Ὀδυσσέως πρὸς Πηνελόπην, τῆς ὀλεθρίας ἡδονῆς ἡττηθείσης·

Ὡς δ' αὔτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν
Αἰαίη, δολόεσσα, λελαιομένη πόσιν εἶναι,
ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Ὡς δὲ εὐπρεπὲς, οὐχ ὑπὸ τῶν κολάκων, ἀλλὰ καλῶν τε καὶ ἐπαινετῶν ἀνδρῶν ἀκούειν, ὅπερ ἀκήκοεν Ἕκτωρ ὑπὸ τοῦ Πολυδάμαντος·

Ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδὴν,
ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον εὐρύοπα Ζεὺς
ἐσθλὸν, τοῦ δέ τε πολλοὶ ἐπαυρίσκοντ' ἄνθρωποι,
καί τε πόλεις ἐσάωσε, μάλιστα δέ κ' αὐτὸς ἀνέγνω.

Καὶ τοῦ αὐτοῦ·

Λαῶν οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὡς ἤπιος ἦεν.

(4) Ἀλλὰ παρ' Εὐριπίδῃ, φῄς, οὐκ Ἠλέκτρα δικαίως χλευάζει τὴν εὐγένειαν; λέγουσα, τὸν ἔνδοξον Ἀγαμέμνονα, εἰ ἄρα ἔνδοξον, ἐξ Ἀτρέως γεγονέναι· καὶ διηγουμένη τὴν Ταντάλου τοῦ Διὸς αἰκίαν, τιμωρουμένων τῶν θεῶν. Ἀλλὰ μὴν οὐ δίκαιόν ἐστι τὴν ἑνὸς ἢ δυοῖν ἀλαζονείαν τῇ εὐγενείᾳ πράγματα παρέχειν· οὐδ' ἐκείνη φησὶ τὰς ἀτυχίας ὀνειδίζειν, καὶ φάσκουσα δὲ μηδὲν κακὸν, μηδένα νόσον εἶναι, οὗ τὸ φορτίον οὐ φέροι ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, εἰς τὴν ἀνθρωπίνην μᾶλλον εἰσέβλεπε μοῖραν. (5) Οὐ κάκιστα δὲ ὁ Ἀρχίλοχος·

Τοῖος ἀνθρώποισι (γὰρ) θυμὸς, Γλαῦκε Λεκπτίνεω πάϊ,
γίνεται θνητοῖς, ὁκοῖον Ζεὺς ἐφ' ἡμέραν ἄγει.

Τὸ Αἰσώπου βατραχίδιον πρὸς τὴν μητέρα ἐξογκωμένην καὶ ἐρωτῶσαν, εἰ ὁ τοὺς ἀπούσης αὐτῆς γόνους βεβορὼς μείζων ἦν, ἀπέκρινεν· Οὐδ' εἰ μέση διαρραγῇς, φησὶν, ὦ μῆτερ, ἐκείνῳ τύχῃς ἴση· οὕτως οὐδ' οἱ ἀγενεῖς λεγέτωσαν ὅσα βούλονται, βασκαινέτωσαν τῇ εὐγενείᾳ, οὐδέποτε τῶν εὐγενῶν κρείττονες ἔσονται, οὔτε πάρισοι, μὴ προύργου ποιήσαντες τὴν ἀρετήν. Πόθεν δή; ἢ ἐξ ἴσης ἀνθρώπων μοίρας; ἢ φύσει τινί; *** ἢ τοῖς Αἰσωπικοῖς μύθοις πάλιν προσέχοντες, ἃ ἡ ἐργάτις ἡμέρα τῇ ἑορτῇ ἀντήρητο, ὡς ὑφ' αὑτῆς ἐπιπεπονημένων, βαθύμως διὰ λαιμαργίας ἀναλισκούσῃ· Φέρε δὴ, ἔφη, τὰς μοίρας ἀλλήλαις μεταβάλλωμεν. Ἡ δ' ἀπέκρινεν, Οὐ θέμις, τὸ ὑπὸ Διὸς ἐπιτελούμενόν μοι τῶν

tius ad virtutem, laborem, tuendos in officio cives, populares juvandos : merito ut, qui plus quam deceat, sibi ipsis solum nati videantur, jure, quæ a Satyro audiit Pallas, quum tibia oblectaretur, audire possint :

Haud te decet forma ista, mitte tibias,
sume arma, buccas, ut decet, componito.

Sed moniti nobilitatis paternæ, hanc intueri, hac se oblectare, huic augendæ incumbere debent, seseque altera illa nobilitate insignire, ad illudque subinde respicere poetæ peritissimi :

Non decet ut Hector pronus incumbere tectis
ille velit clarus, fixusque insidere plumis.

Illudque Priami de Mercurio elogium ut in eos competat, curent diligenter :

Corporis admiranda tua est species, sapis atque
mente simul : satus es majorum stemmate claro.

Jure quoque Ulyssis illud ad Penelopen proferre possint, voluptate pestifera superata :

Sic itidem Circes retinebar in ædibus altis,
conjugii tædas cuperet dum, meque maritum :
ast animum potuit nequaquam flectere nostrum.

Quam enim præclarum, non ab assentatoribus, at ex animo a probis laudatisque viris audire, quod audiit Hector a Polydamante :

Namque alii deus ut curæ sint Martia facta,
ast alii dedit, ut sapiat, sit providus, atque
cum sibi tumque aliis, ac oppida servet ab hoste;
atque hæc ipse tenes in primis, optime ductor.

Et illud ejusdem :

Ceu mitis pater hic populo imperitare solebat.

(4) At apud Euripidem, ais, Electra an non jure ridet nobilitatem? dum ex Atreo illustrem (si modo illustrem) Agamemnonem ait natum? dumque Jove nati Tantali pœnam refert? Sed enim non unius aut alterius insolentiam nobilitati nocere æquum fuerit : nec illa se ait exprobrare infortunia. Quumque refert, multum esse malum aut morbum, cujus non ferat onus hominis natura : ad communem hominum sortem potius respexit. (5) Nec vero pessime Archilochus :

Talis hominibus enim
animus inest, o Glauce, Leptine sate,
mortalibus, qualem in dies deus excitat.

Ranuncula Æsopica, matre intumescente, et rogante, majorne esset, qui, se absente, vorasset partus suos : Non si media dirumparis, mater, æqualis illi eris, respondit. Ita nec ignobiles, dicant quod volent, detrahant nobilitati, obloquantur, nunquam [unq.?] superiores erunt nobilibus, non æquales, nisi virtutis specimen ediderint. Unde id tandem? An inæquali sorte hominum? an genio aliquo? an Jovis magni consilio, ut ait Hesiodus, accidit ut alii obscuri, alii inclyti sint? an (ut ad fabulas Æsopicas redeamus) quum festo diei profestus insultaret, et, quæ summis laboribus quæreret, illum per socordiam atque ingluviem consumere quereretur, ferret hanc conditionem? mutarent sortem ex profesto festus fieret. Respondit a

ἱερῶν κλῆρον καταλείπειν· συμφέρειν τῷ Διὶ ἑκὰς τῶν μυστηρίων ἀποτρέπειν τὸν βέβηλον ὄχλον. (Λείπει τὰ ἑξῆς.)

ΠΕΡΙ

ΠΟΤΑΜΩΝ ΚΑΙ ΟΡΩΝ

ΕΠΩΝΥΜΙΑΣ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΑΥΤΟΙΣ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΩΝ.

I.

ΥΔΑΣΠΗΣ.

I. Ὑδάσπης ποταμός ἐστι τῆς Ἰνδίας νεανικῶς καταφερόμενος εἰς τὴν Σαρωνιτικὴν Σύρτιν· [ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἰνδός· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην.] Χρυσίππῃ διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ γεννήσαντος Ὑδάσπου, καὶ μὴ στέγουσα τοὺς παρὰ φύσιν ἔρωτας, νυκτὸς βαθείας τῷ προειρημένῳ συνῆλθε, τῆς τροφοῦ συνεργούσης. Κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ βασιλεὺς τὴν μὲν ἐνεδρεύσασαν αὐτὸν γραῦν ζῶσαν κατέχωσεν· τὴν δὲ θυγατέρα σταυρώσας, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Ἰνδὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ὑδάσπης μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος Λύχνις καλούμενος· ἐλαιώδης δέ ἐστι τῇ χροᾷ, καὶ ζεστὸς πάνυ· σελήνης αὐξομένης εὑρίσκεται πρὸς μελῳδίαν αὐλῶν· χρῶνται δὲ οἱ ἐν ἐξοχῇ τυγχάνοντες αὐτῷ.

III. Εὑρίσκεται δ' αὐτοῦ παρὰ τὰς καλουμένας Πύλας βοτάνη παρόμοιος ἡλιοτροπίῳ· ταύτην λειοτριβοῦντες, τῷ χυλῷ τοῖς καύμασιν ἀλείφονται, καὶ φέρουσιν ἀκινδύνως τῆς περισσοτέρας θερμασίας τὴν ἀναθυμίασιν.

IV. Οἱ δ' ἐγχώριοι, τὰς ἀσεβῶς ἀναστρεφομένας παρθένους σταυροῖς προσηλώσαντες, εἰς αὐτὸν βάλλουσι, τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν Ἀφροδίτης ὕμνον ᾄδοντες.

V. Κατορύσσουσι δὲ κατ' ἐνιαυτὸν γραῦν κατάκριτον, παρὰ τὸν ὀνομαζόμενον λόφον Θηρογόνον· ἅμα γὰρ τὴν πρεσβῦτιν [κατορυχθῆναι] ἑρπετῶν πλῆθος ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἐξέρχεται, καὶ τὰ περιιπτάμενα τῶν ἀλύγων ζῴων κατεσθίει· καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος ἐν π' Ἰνδικῶν. Μέμνηται δὲ τούτων ἀκριβέστερον Ἀρχέλαος ἐν ιγ' περὶ Ποταμῶν.

VI. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Ἐλέφας καλούμενον δι' αἰτίαν τοιαύτην· Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος μετὰ στρατεύματος εἰς Ἰνδίαν ἐλθόντος, καὶ τῶν ἐγχωρίων κρίσιν ἐχόντων ἀντιπολεμεῖν αὐτῷ, Πώρου τοῦ βασιλέως τῶν τόπων ἐλέφας αἰφνιδίως οἰστροπλὴξ γενόμενος, ἐπὶ τὸν Ἥλιον λόφον ἀνέβη, καὶ ἀνθρωπίνῃ φωνῇ χρησάμενος εἶπεν· Δέσποτα βασιλεῦ, τὸ γένος ἀπὸ Γηγασίου κατάγων, μηδὲν ἐξ ἐναντίας Ἀλεξάνδρου ποι-

Jove sortem sacrorum sibi commissam, nefas esse relinqui : interesse Jovis, procul arceri a mysteriis profanum vulgus. *Desunt reliqua.*

DE

FLUVIORUM ET MONTIUM

NOMINIBUS

ET DE IIS QUÆ IN ILLIS INVENIUNTUR.

I.

HYDASPES.

I. *Hydaspes fluvius* est Indiæ vehementius influens in Syrtin Saroniticam; *olim vocabatur Indus; mutatum nomen de causa ejusmodi.* Quum Chrysippe, Veneris ob iram, in parentis Hydaspis desiderium incidisset, et amorem quo præter naturam tenebatur, nequiret cohibere, profunda nocte, nutrice adjuvante, convenit. Rex vero, iis quæ contigerant compertis, anum quæ insidias sibi paraverat, vivam sepeliri jussit, et filia in crucem sublata, præ mœrore extremo se præcipitem dedit in fluvium Indum, qui ab eo postea denominatus est Hydaspes.

II. Nascitur in eo lapis Lychnis vocatus, qui olei colorem præ se fert, valdeque fervidus [densus? ναστὸς] est. Invenitur ille, adolescente luna, ad cantum tibiarum : et usui est excellentioribus.

III. Occurrit ibidem prope Pylas quas vocant, herba similis heliotropio : cujus contritæ succo contra solis æstus unguntur, et sine periculo quantumvis magnæ caliditatis exhalationem ferunt.

IV. At indigenæ, virgines quæ non caste vixerint, clavis cruci affigunt, et in hunc fluvium dejiciunt, dialecto vernacula Veneris hymnum canendo.

V. Defodiunt et vetulam condemnatam quotannis juxta verticem Therogonum. Simul enim ac vetula defossa est, illuc reptilium multitudo ex cacumine statim procedit, et quæ circumvolant muta animalia devorat, ut narrant Chrysermus libro Rerum Indicarum octogesimo, et Archelaus, qui diligentius de his egit libro XIII de Fluminibus.

VI. Adjacet vero huic fluvio mons, Elephas; qui ob hanc causam ita vocatus : quum Alexander Macedo in Indiam venisset cum exercitu, et indigenæ ei totis viribus resistere decernerent, elephas Pori illius regionis regis derepente æstro percitus Solis collem ascendit, et vocem humanam depromens, in hæc erupit : « Domine rex, qui a Gegasio (Pegasio?) familiam ducis, ne quidquam contra Alexandrum suscipias : Jovis etenim est Alexander » : et

ήσῃς· Διὸς γάρ ἐστι (Γηγάσιος). Καὶ τελέσας τὸν λόγον ἔθανεν. Ἀκούσας δὲ τούτων ὁ Πῶρος, ψοφοδεὴς τοῦ Ἀλεξάνδρου γόνασι προσέπεσεν, εἰρήνην αἰτούμενος· τυχὼν δὲ ὧν ἤθελε, τὸ ὄρος Ἐλέφαντα μετωνόμασεν· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ′ περὶ Ὀρῶν.

absoluto sermone occubuit. Quibus auditis Porus supplex Alexandri genua amplexus est, pacem expetens : quam quum consecutus esset, montem illum Elephantem nominavit, ut testatur Dercyllus libro III de Montibus.

II.

ΙΣΜΗΝΟΣ.

I. Ἰσμηνὸς ποταμός ἐστι τῆς Βοιωτίας κατὰ πόλιν Θήβας· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Κάδμου πούς, ἀπ' αἰτίας τοιαύτης· Κάδμος τὸν κρηνοφύλακα δράκοντα τοξεύσας, καὶ εὑρὼν ὥσπερ πεφαρμακευμένον φόνου τὸ ὕδωρ, περιήρχετο τὴν χώραν ζητῶν πηγήν· γενόμενος δὲ κατὰ τὸ Κωρύκαιον ἄντρον, κατὰ πρόνοιαν Ἀθηνᾶς τὸν δεξιὸν πόδα βαθύτερον εἰς πηλὸν ἤρεισεν· ποταμοῦ δ' ἀναδοθέντος ἐκ τοῦ τόπου, ὁ ἥρως βουθυτήσας Κάδμου πόδα προσηγόρευσεν αὐτόν. Μετὰ δέ τινα χρόνον Ἰσμηνὸς, Ἀμφίονος καὶ Νιόβης παῖς, ὑπ' Ἀπόλλωνος τοξευθεὶς, καὶ ἀλγηδόνι συνεχόμενος, ἑαυτὸν ἔβαλεν εἰς τὸν προειρημένον ποταμὸν, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἰσμηνὸς ὠνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Σώστρατος ἐν β′ περὶ Ποταμῶν.

I. Ismenus fluvius est Bœotiæ juxta Thebas : qui prius fuit nuncupatus Cadmi pes, hac de causa. Quum Cadmus sagittis confixisset draconem qui fontem custodiebat, et aquam veneno ejus infectam cerneret, circuivit regionem, alium fontem quo sitim levaret, quærens. Appulsus vero ad antrum Corycæum Palladis beneficio, dextrum pedem altius in limum defixit : unde exortum est flumen, quod a Cadmo, postquam sacrificia peregerat, Cadmi pes vocatum est. Pauco post tempore Ismenus Amphionis et Niobes filius, ab Apolline sagitta confossus, quum dolore opprimeretur, se in id præcipitem dedit, et ab ipso Ismenus tandem dictum fuit, ut narrat Sostratus in secundo de Fluminibus.

II. Παράκειται δ' αὐτῷ Κιθαιρὼν ὄρος, ὀνομαζόμενον δὲ πρότερον Ἀστέριον, δι' αἰτίαν τοιαύτην. Βοιωτοῦ τοῦ Ποσειδῶνος, ἐκ δυοῖν γυναικῶν τῶν ἐπισήμων θέλοντος γῆμαι τὴν ὠφελιμωτέραν, καὶ ἐν ταῖς ἀκρωρείαις λόφου τινὸς ἀνωνύμου νυκτὸς περιμένοντος ἀμφοτέρας, αἰφνιδίως ἐξ οὐρανοῦ κατενεχθεὶς ἀστὴρ [ἐν]έπεσε τοῖς Εὐρυθεμίστης ὤμοις, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο. Βοιωτὸς δὲ τὸ σημαινόμενον νοήσας, τὴν μὲν κόρην ἔγημε, τὸ δ' ὄρος ὠνόμασεν Ἀστέριον ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος. Ὕστερον δ' ἐκλήθη Κιθαιρὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Τισιφόνη, μία τῶν Ἐρινύων, εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα παιδὸς εὐπρεποῦς, Κιθαιρῶνος τοὔνομα, καὶ μὴ στέγουσα τὴν ἐπίτασιν τῶν ἐρώτων, λόγους αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν· ὁ δὲ τὸ καταπληκτικὸν τῆς προειρημένης φοβηθεὶς, οὐδ' ἀποκρίσεως αὐτὴν ἠξίωσεν· ἡ δ' ἀποτυχοῦσα τῆς προαιρέσεως, ἐκ τῶν πλοκάμων ἕνα τῶν δρακόντων ἀπέσπασεν, καὶ ἐπὶ τὸν ὑπερήφανον ἔβαλεν· ὁ δ' ὄφις τοῖς κόλποις περισφίγξας αὐτὸν, ἀνεῖλεν Ἀστερίου ποιμαίνοντα ἐν ταῖς ἀκρωρείαις. Κατὰ δὲ πρόνοιαν θεῶν τὸ ὄρος ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Κιθαιρὼν, καθὼς ἱστορεῖ Λέων ὁ Βυζάντιος ἐν τοῖς Βοιωτιακοῖς.

II. Adjacet vero ipsi mons Cithæron, prius Asterius ideo vocatus, quod quum Bœotus Neptuni filius ex duabus nobilibus mulieribus eam quæ sibi utilior videbatur, ducere vellet, et in cacumine collis cujusdam innominati nocte utramque exspectaret, derepente stella de cœlo delata cecidit in humeros Eurythemistes, et evanuit statim. Ille vero prævidens quid illud portenderet, puellam duxit, et montem Asterium ab illo casu denominavit : quam postremo Cithæronem vocarunt, ob hanc causam : Quum Tisiphone Erinnyum una Cithæronis pulcherrimi pueri amore correpta esset, et eum occultare nullo modo posset, illius congressus ausa est petere. At Cithæron furiæ horrorem exosus, non dignatus est ei vel responsum dare : unde vana spe delusa e crinibus serpentum unum avulsit, et in superbum juvenem projecit, quem serpens nexibus suis constringens interemit, in Asterii montis cacuminibus greges tunc temporis pascentem. Diis autem ita volentibus mons ille ab eo vocatus est Cithæron, ut auctor est Leo Byzantius in libris Rerum Bœoticarum.

III. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ Κύπριος ἱστορίας μέμνηται τοιαύτης. Ἑλικὼν καὶ Κιθαιρὼν, ἀδελφοὶ τυγχάνοντες, διαφόρους ἔσχον τῶν τρόπων τὰς διαθέσεις· ὁ μὲν γὰρ Ἑλικὼν, πρᾳότερος ὑπάρχων καὶ προσηνὴς, συμπαθῶς ἐγηροβόσκει τοὺς γονεῖς· ὁ δὲ Κιθαιρὼν, πλεονέκτης τυγχάνων, καὶ θέλων εἰς ἑαυτὸν μεταστῆσαι τὴν οὐσίαν, πρῶτον μὲν ἐφόνευσε τὸν γεννήσαντα, τὸν δ' ἀδελφὸν ἐξ ἐνέδρας καταχρημνίζων, καὶ αὐτὸς συγκατηνέχθη· κατὰ δὲ θεῶν πρόνοιαν εἰς ὁμώνυμα ὄρη

III. At Hermesianax Cyprius hanc historiam refert : Helicon et Cithæron fratres diversis erant moribus præditi : Helicon enim dulcis et benignus parentes seniores humaniter nutriebat; Cithæron vero paulo avidior et corradere omnem substantiam percupiens, primum quidem occidit patrem, deinde fratrem ex insidiis præcipitem dedit, sed cum eo ipsemet decidit. Unde deorum providentia ver-

μεταμορφωθέντες, ἐγένοντο Κιθαιρὼν μὲν διὰ τὴν ἀσέβειαν, Ἐρινύων μυχὸς, Ἑλικὼν δὲ διὰ [τὴν] φιλοστοργίαν, Μουσῶν ἐνδιαίτημα.

III.

ΕΒΡΟΣ.

I. Ἕβρος ποταμός ἐστι τῆς Θράκης, [**] προσηγορίαν εἰληφὼς ἀπὸ τῆς συστροφῆς τῆς καταφορᾶς τοῦ ὕδατος. [**] Κάσανδρος (δὲ) ὁ βασιλεὺς τῶν τόπων, γήμας Κροτονίκην, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς υἱὸν Ἕβρον· ἀποταξάμενος δὲ τῇ συμβιώσει τῆς προτέρας γυναικὸς, ἐπέγημε τῷ τέκνῳ Δαμασίππην τὴν Ἄτρακος· ἥτις εἰς ἐπιθυμίαν ἐμπεσοῦσα τοῦ προγόνου, λόγους αὐτῷ περὶ συνόδων ἀπέστειλεν. Ὁ δ' ὡς Ἐρινὺν φυγὼν τὴν μητρυιὰν, προσηυκαίρει κυνηγίαις. Ἀποτυχοῦσα δὲ τῆς προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος, ὡς βιάσασθαι αὐτὴν θελήσαντος. Κάσανδρος δὲ τῷ ζήλῳ συμπεριενεχθεὶς, μεθ' ὁρμῆς ἐπὶ τὴν ὕλην ἠνέχθη, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐδίωκε τὸν υἱὸν, ὡς ἐπίβουλον τῶν πατρῴων γάμων. Ὁ δὲ υἱὸς περικατάληπτος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Ῥόμβον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Ἕβρος μετωνομάσθη· καθὼς ἱστορεῖ Τιμόθεος ἐν ια' περὶ Ποταμῶν.

II. Ὄρος δ' αὐτῷ παράκειται Παγγαῖον, τὴν προσηγορίαν ἔχον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Παγγαῖος, Ἄρεως καὶ Κριτοβούλης παῖς, τῇ θυγατρὶ κατ' ἄγνοιαν συγγενόμενος καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς, ἔδραμεν εἰς Καρμάνιον ὄρος, καὶ διὰ λύπης ὑπερβολὴν σπασάμενος τὸ ξίφος, ἑαυτὸν ἀνεῖλε· κατὰ δὲ πρόνοιαν θεῶν ὁ τόπος μετωνομάσθη Παγγαῖος.

III. Γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ (τῷ προειρημένῳ ποταμῷ) βοτάνη παρόμοιος ὀριγάνῳ, ἧς τὰ ἄκρα δρεψάμενοι Θρᾷκες ἐπιτιθέασι πυρὶ μετὰ τὸν κόρον τῆς δημητριακῆς τροφῆς, καὶ τὴν ἀναφερομένην ἀναθυμίασιν δεχόμενοι ταῖς ἀναπνοιαῖς, καροῦνται καὶ εἰς βαθὺν ὕπνον καταφέρονται.

IV. Γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῷ Παγγαίῳ ὄρει βοτάνη, κιθάρα καλουμένη, διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. [Αἱ] διασπαράξασαι τὸν Ὀρφέα τὰ μέλη τοῦ προειρημένου εἰς ποταμὸν ἔβαλον Ἕβρον· καὶ ἡ μὲν κεφαλὴ τοῦ θνητοῦ κατὰ πρόνοιαν θεῶν εἰς δράκοντα μετέβαλε [**] τὴν μορφὴν τοῦ σώματος· ἡ δὲ λύρα κατηστερίσθη κατὰ προαίρεσιν Ἀπόλλωνος· ἐκ δὲ τοῦ ῥεύσαντος αἵματος ἀνεφάνη βοτάνη κιθάρα καλουμένη. Τῶν δὲ Διονυσίων τελουμένων, αὕτη κιθάρας ἀναδίδωσιν ἦχον· οἱ δ' ἐγχώριοι νεβρίδας περιβεβλημένοι καὶ θύρσους κρατοῦντες, ὕμνον ᾄδουσιν·

Μὴ τότε φρονήσῃς, ὅταν ἔσῃ μάτην φρονῶν·

καθὼς ἱστορεῖ Κλειτώνυμος ἐν τῷ γ' τῶν Θρᾳκικῶν.

sus uterque fuit in montem cognominem : Cithæron propter impietatem, furiarum spelunca factus est; Helicon vero ob humanitatem, Musarum sacrarium et domicilium.

III.

HEBRUS.

I. Hebrus fluvius est Thraciæ, *Rhombi* denominationem nactus ab aquæ interlabentis vorticibus. *Mutatum nomen ob causam ejusmodi.* Casander illius regionis rex, ducta Crotonice, genuit ex ipsa filium Hebrum, et repudiato prioris uxoris convictu, Damasippen Atracis filiam superduxit filio : cujus amore correpta de congressu ad ipsum verba perferenda curavit. At Hebrus novercam ut furiam fugiens, indulgebat venationi : hæc vero impura aberrans a proposito, falso accusavit temperantem adolescentem raptus et stupri. Tum Casander zelotypia concitatus silvam cum impetu ingressus, districto gladio filium persecutus est tanquam paternarum nuptiarum temeratorem. Filius vero quum evadere nequiret, se ipsum præcipitavit in fluvium Rhombum, qui ab eo Hebri nomen assumpsit, ut refert Timotheus libro undecimo de Fluminibus.

II. Mons illi adjacet Pangæus, hanc denominationem ita sortitus. Pangæus, Martis et Critobules filius, quum inscius rem habuisset cum filia, et idcirco dolore premeretur, aufugit in Carmanium (Carmanorium?) montem, et ob incredibilem tristitiam qua afficiebatur, ensem evaginans, sibi ipse manus intulit violentas. Diis vero deinde ita volentibus locus ille cognominatus est Pangæus.

III. Nascitur in prædicto fluvio herba similis origano, cujus extrema decerpentes Thraces igni admovent, postquam cereali alimento satiati sunt : et exhalationem aut suffitum, qui hinc oritur, crebris respirationibus haurientes inebriantur, et in profundum somnum conjiciuntur.

IV. Nascitur et in Pangæo monte herba Cithara nuncupata ob hanc causam. Illæ quæ Orpheum discerpserunt, ejus membra in fluvium Hebrum projecerunt, et caput hominis deorum voluntate in draconem abiit ** formam corporis : lyra vero ex Apollinis decreto in astra translata. At ex sanguine fluente orta est herba Cithara vocata, quæ, dum peraguntur Bacchi sacrificia, sonum emittit citharæ : indigenæ vero nebridibus, id est pellibus hinnulorum, induti, et thyrsos tenentes hymnum canunt : cujus hæc sunt verba :

Tunc ne sapias, quum eris in vanum sapiens;

ut refert Clitonymus libro tertio Rerum Thracicarum.

IV.

ΓΑΓΓΗΣ.

I. Γάγγης ποταμός ἐστι τῆς Ἰνδίας, τὴν προσηγορίαν λαβὼν δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἰνδῷ τις Καλαυρία νύμφη ἐγέννησεν υἱὸν κάλλει περίβλεπτον, τοὔνομα Γάγγην. Οὗτος καρηβαρήσας, τῇ μητρὶ κατ' ἄγνοιαν συνεγένετο. Τῇ δ' ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν παρὰ τῆς τροφοῦ μαθὼν τὴν ἀλήθειαν, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Χλιαρὸν καλούμενον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Γάγγης μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δὲ παρ' αὐτὸν βοτάνη παραπλησία βουγλώσσῳ, ἣν λειοτριβοῦντες, τὸν χυλὸν αὐτῆς τηροῦσι, καὶ νυκτὸς βαθείας τοὺς φωλεοὺς τῶν τίγρεων περιρραίνουσιν· αἱ δὲ διὰ τὴν δύναμιν τῆς ἐκχυθείσης ὑγρασίας προχωρῆσαι μὴ δυνάμεναι, θνήσκουσι· καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθένης ἐν γ' τῶν Κυνηγετικῶν.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Ἀνατολὴ καλούμενον δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἀναξιβίαν νύμφην Ἥλιος θεασάμενος χορείαις προσευκαιροῦσαν, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐνέπεσε, καὶ μὴ στέγων τῶν ἐρώτων [τὴν ἐπίτασιν], ἐπεδίωκε τὴν προειρημένην βιάσασθαι βουλόμενος· ἡ δὲ περικατάληπτος γενομένη, κατέφυγεν ἐπὶ τὸ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος τέμενος, ὅπερ ἦν ἐν ὄρει Κορύφῃ καλουμένῳ, καὶ ἀφανὴς ἐγένετο· κατόπιν δ' ἀκολουθήσας ὁ θεὸς, καὶ μηδαμοῦ τὴν ἀγαπωμένην εὑρὼν, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἐκεῖθεν ἀνέτειλεν· οἱ δ' ἐγχώριοι τὴν ἀκρώρειαν Ἀνατολὴν μετωνόμασαν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος· καθὼς ἱστορεῖ Καιμάρων ἐν δεκάτῳ Ἰνδικῶν.

V.

ΦΑΣΙΣ.

I. Φᾶσις ποταμός ἐστι τῆς Σκυθίας, παραρρέων πόλιν· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Ἀρκτοῦρος, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς διὰ τὴν χωροθεσίαν τῶν κατεψυγμένων τόπων· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Φᾶσις, Ἡλίου καὶ Ὠκυρρόης τῆς Ὠκεανοῦ παῖς, τὴν μητέρα μοιχευομένην ἐπ' αὐτοφώρῳ καταλαβὼν ἀνεῖλεν· κατὰ δ' ἐπιφάνειαν Ἐρινύων οἰστροπλὴξ γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν Ἀρκτοῦρον, ἀπ' αὐτοῦ δὲ Φᾶσιν μετωνομασμένον.

II. Γεννᾶται δ' ἐν τῷ ποταμῷ ῥάβδος ὀνομαζομένη λευκόφυλλος· εὑρίσκεται δὲ τοῖς μυστηρίοις τῆς Ἑκάτης περὶ τὸν ὄρθρον, πρὸς παιανισμὸν ἔνθεον, αὐτοῦ περὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔαρος· ἣν οἱ ζηλότυποι τῶν ἀνδρῶν ὀρεπόμενοι ῥίπτουσι περὶ τὸν παρθένιον θάλαμον, καὶ ἀνόθευτον τηροῦσι τὸν γάμον. Ἐὰν [δέ] τις προπετέστερον ἀναστραφῇ τῶν ἀσεβεστέρων διὰ μέθην καὶ εἰς τὸν τόπον εἰσέλθῃ, τῶν σωφρονούντων ἀφαρπάζεται λογισμῶν, καὶ εὐθὺς ὁμολογεῖ πᾶσιν, ὅσα παρανόμως ἢ ἔπραξεν ἢ μέλλει πράττειν. Οἱ δὲ παρατυχόντες, συλλαμβάνοντες, ῥίπτουσιν ἐμβεβυρσωμένον

IV.

GANGES.

I. Ganges fluvius est Indiæ, ita vocatus hac de causa : Ex Indo Calauria quædam virgo genuit filium pulchritudine conspicuum nomine Gangem : qui somno vinoque sepultus cum matre concubuit per inscitiam ; sed postridie quum a nutrice rei veritatem didicisset, ob dolorem extremum, se ipsum conjecit in fluvium Chliarum, qui ab eo Gangis nomen assumpsit.

II. Nascitur autem apud ipsum herba Buglosso similis, quam conterunt, et ex succo expresso, quem sedulo servant, profunda nocte tigridum latibula circumlinunt : quæ tum progredi nequeunt ob vim effusi humoris, atque intus moriuntur, ut refert Callisthenes in tertio de Venatione.

III. Adjacet vero ipsi mons Anatole, id est Oriens, dictus ob hanc causam : Sol visa Anaxibia virgine saltationi indulgente, ejus desiderio correptus est, et quum amores suos tegere non posset, hanc vitiare volens, persecutus est. Quæ undique comprehensa aufugit in templum Dianæ Orthiæ, quod erat in monte vocato Coryphe, id est Apice, et evanuit. Deus vero qui a tergo sequebatur, quum dilectam suam non nanciscceretur, præ mœrore illinc ortus est : unde indigenæ montem Anatolen, id est Orientem, a casu denominarunt : ut narrat Cæmaro decimo Rerum Indicarum.

V.

PHASIS.

I. Phasis est fluvius Scythiæ, præterfluens urbem *ejusdem nominis* ; prius Arcturus denominatus, hanc denominationem a situ frigidorum locorum nactus : qui ideo mutavit nomen. Phasis, Solis et Ocyrrhoes Oceani natæ filius, matrem in flagranti adulterii crimine deprehensam occidit, et furore propter Erinnyum præsentiam agitatus, se ipsum præcipitem dedit in Arcturum, qui ab eo Phasis nomen assumpsit.

II. Nascitur in hoc fluvio virga Leucophyllus dicta : quæ dum celebrantur Hecates mysteria, invenitur circa diluculum ad pæanis cantum deo plenum, in ipso veris initio. Quam postquam hominum zelotypi collegerunt, circa thalamum virginalem jaciunt, atque ita puras conservant nuptias. Quodsi quis impurus ob ebrietatem insolentius accesserit, et ad hunc locum pervenerit, alienatur a mente, et statim confitetur coram omnibus quæcumque illegitima aut fecit, aut facturus erat. Qui vero prope adstant, eum corripiunt, et assutum corio projiciunt in Sto-

εἰς τὸ καλούμενον Στόμιον τῶν ἀσεβῶν. Ἔστι δὲ στρογγυλοειδὲς, φρέατι παραπλήσιον· ἐκδίδωσι δὲ τὸ βληθὲν μετὰ λ' ἡμέρας εἰς τὴν Μαιῶτιν λίμνην, σκωλήκων γέμον. Γῦπες δ' αἰφνιδίως ἐπιφανέντες ἀθρόοι, τὸν ἐγκείμενον διαρπάζουσιν, ὡς ἱστορεῖ Κτήσιππος ἐν β' Σκυθικῶν.

III. Παράκειται δ' [αὐτῷ] τὸ Καυκάσιον ὄρος· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Βορέου κοίτη δι' αἰτίαν τοιαύτην. Βορέας δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Χιόνην ἁρπάσας, τὴν Ἀρκτούρου θυγατέρα, κατήνεγκεν εἴς τινα λόφον Νιφάντην καλούμενον, καὶ ἐγέννησεν ἐκ τῆς προειρημένης υἱὸν Ὕρπακα, τὸν διαδεξάμενον Ἡνιόχου τὴν βασιλείαν· μετωνομάσθη δὲ τὸ ὄρος Κοίτη Βορέου. Προσηγορεύθη δὲ Καύκασος διὰ περίστασιν τοιαύτην. Μετὰ τὴν γιγαντομαχίαν Κρόνος, ἐκκλίνων τὰς Διὸς ἀπειλὰς, ἔφυγεν εἰς τὴν ἀκρώρειαν Βορέου Κοίτης, καὶ εἰς κροκόδειλον μεταμορφωθεὶς [ἔλαθεν· ὁ δὲ Προμηθεὺς] ἕνα τῶν ἐγχωρίων ποιμένα, Καύκασον, ἀναταμὼν, καὶ κατανοήσας αὐτοῦ τὴν διάθεσιν τῶν σπλάγχνων, εἶπεν οὐ μακρὰν εἶναι τοὺς πολεμίους. Ὁ δὲ Ζεὺς ἐπιφανεὶς τὸν μὲν πατέρα δήσας πλεκτῷ ἐρίῳ, κατεταρτάρωσε· τὸ δ' ὄρος εἰς τιμὴν τοῦ ποιμένος Καύκασον μετονομάσας, προσέδησεν αὐτῷ τὸν Προμηθέα, καὶ ἠνάγκασεν αὐτὸν ὑπὸ σπλαγχνοφάγου ἀετοῦ βασανίζεσθαι, ὅτι παρηνόμησεν εἰς τὰ σπλάγχνα, ὡς ἱστορεῖ Κλεάνθης ἐν γ' Θεομαχίας (γεγραφώς).

IV. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη Προμήθειος καλουμένη, ἣν Μήδεια συλλέγουσα καὶ λειοτριβοῦσα, πρὸς ἀντιπαθείας τοῦ πατρὸς ἐχρήσατο, καθὼς ἱστορεῖ ὁ αὐτός.

VI.

ΑΡΑΡ.

I. Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς, τὴν προσηγορίαν εἰληφὼς παρὰ τὸ ἡρμόσθαι τῷ Ῥοδανῷ· καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον, κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρόγων. Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Βρίγουλος· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἄραρ κυνηγεσίας χάριν εἰς ὕλην προχωρήσας, καὶ εὑρὼν τὸν ἀδελφὸν Κελτίβηρον ὑπὸ θηρίων ἀνηλωμένον, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν καιρίως πλήξας ἔβαλεν εἰς τὸν ποταμὸν Βρίγουλον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ μετωνομάσθη Ἄραρ.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς κλουπαῖα προσαγορευόμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων· οὗτος, αὐξανομένης τῆς σελήνης, λευκός ἐστι· μειουμένης δὲ, μέλας γίνεται παντελῶς· ὑπεραυξήσας δ' ἀναιρεῖται ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν.

III. Εὑρίσκεται δ' ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χόνδρῳ παρόμοιος ἁλὸς, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίας νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεδεμένος, τῆς σελήνης μειουμένης, καθὼς ἱστορεῖ Καλλισθέ-

mium, id est hiatum, Impiorum, quod rotundum et puteo simillimum est, et projectum corpus triginta diebus in Mæotidem paludem ejicit vermibus refertum : vultures autem ex tempore advenientes conferti, jacens cadaver discerpunt, ut testatur Ctesippus secundo Rerum Scythicarum.

III. Visitur et prope mons Causasius, qui prius hac de causa Boreæ lectus vocabatur. Boreas amoris desiderio inflammatus, quum Chionen Arcturi filiam rapuisset, in collem quendam eam duxit Niphantem appellatum, et ex ea habuit filium Hyrpacem, qui in regno Heniochi successit. Mons autem, Boreæ Lectus dictus est : et postea ob hanc causam Caucasus. Post Gigantum pugnam Saturnus Jovis minas declinans, in summum Boreæ Lecti verticem fugit, et in crocodilum transformatus *latuit; sed Prometheus* pastorem unum ex indigenis Caucasum dissecuit, cognitaque viscerum ejus constitutione, prædixit non procul abesse hostes. Juppiter vero quum apparuisset, patrem lana textili ligatum detrusit in Tartarum, et monti in honorem pastoris Caucasi nuncupato alligavit Prometheum, eumque tormentis affici voluit ab aquila internorum devoratrice, quod in viscera peccasset : ut Cleanthes narrat tertio Theomachiæ (id est, de deorum pugna).

IV. Nascitur autem in ipso herba quam Prometheum vocant : ea, ut idem refert, excerpta et in farinam redacta adversus contrarias patris affectiones Medea usa est.

VI.

ARAR.

I. Arar fluvius est Galliæ Celticæ, qui denominationem accepit ex eo quod immisceatur Rhodano : in eum enim labitur juxta regionem Allobrogum. Brigulus primum dictus fuit : mutavit vero postea nomen ob hanc causam : Arar venationis causa silvam ingressus, quum fratrem Celtiberum a feris dilaniatum offendisset, ob extremum dolorem se ipsum letaliter feriens, dejecit in fluvium Brigulum, qui ab eo Araris nomen sumpsit.

II. Nascitur in ipso magnus piscis ab indigenis Clupæa vocatus (*vel* Clopias, *in cod.* Scolopidos), qui secundum aucta lunæ albus est, secundum damna vero omnino niger : et quum in extremam crevit magnitudinem, a propriis spinis confoditur.

III. Reperitur et in ejus capite lapis grumo salis similis, qui senescente luna sinistris corporis partibus applicatus febres quaternas sanat, ut docet Callisthenes Sybarita xiii

νης ὁ Συβαρίτης ἐν ιγ' Γαλατικῶν, παρ' οὗ τὴν ὑπόθεσιν εἴληφε Τιμαγένης ὁ Σύρος.

IV. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Λούγδουνον καλούμενον· μετωνομάσθη δὲ δι' αἰτίαν τοιαύτην. Μώμορος καὶ Ἀτεπόμαρος, ὑπὸ Σεσηρονέως τῆς ἀρχῆς ἐκβληθέντες, εἰς τοῦτον κατὰ προσταγὴν [χρησμοῦ ἦλθον] τὸν λόφον πόλιν κτίσαι θέλοντες· τῶν δὲ θεμελίων ὀρυσσομένων, αἰφνιδίως κόρακες ἐπιφανέντες καὶ διαπτερυξάμενοι, τὰ πέριξ ἐπλήρωσαν δένδρα. Μώμορος δὲ, οἰωνοσκοπίας ἔμπειρος ὑπάρχων, τὴν πόλιν Λούγδουνον προσηγόρευσεν· λοῦγον γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσι· δοῦνον δὲ τόπον ἐξέχοντα· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν ἐν ιγ' Κτίσεων.

Rerum Gallicarum : a quo sumpsit argumentum Timagenes Syrus.

IV. Juxta ipsum adstat mons dictus Lugdunus, qui hac de causa mutavit nomen. Quum Momorus et Atepomarus a Seseroneo regno dejecti, in eo colle, ex oraculi præcepto, urbem ædificare vellent, jactis jam fundamentis, corvi subito apparentes, expansis alis arbores quæ circa erant replevere. Momorus autem augurii callentissimus, civitatem Lugdunum vocavit : *Lugum* enim dialecto sua corvum vocant ; *Dunum* vero locum eminentem, ut refert Clitophon XIII de Urbium ædificationibus.

VII.

ΠΑΚΤΩΛΟΣ.

I. Πακτωλὸς ποταμός ἐστι τῆς Λυδίας κατὰ πόλιν Σάρδεις· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Χρυσορρόας. Χῖος ὁ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀγαθίππης παῖς, τὴν μηχανικὴν τέχνην ἀσκήσας, καὶ σπάνει βίου συνεχόμενος, νυκτὸς βαθείας τοὺς θησαυροὺς Κροίσου τοῦ βασιλέως ἀνέῳξε, καὶ τὸν χρυσὸν ἐκκομίζων διεδίδου τοῖς οἰκείοις· καταδιωχθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φρουρῶν, καὶ [περι]καταλῆπτος γενόμενος, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν [**], ὃς ἀπ' αὐτοῦ Χρυσορρόας μετωνομάσθη.

II. Πακτωλὸς δὲ μετεκλήθη διὰ τήνδε τὴν περίστασιν. Πακτωλὸς, οειλίας καὶ Λευκοθέης παῖς, ἐν τοῖς Ἀφροδίτης μυστηρίοις Δημοδίκην τὴν ἀδελφὴν κατ' ἄγνοιαν βιασάμενος, καὶ περὶ τῶν συμβεβηκότων κατηχηθεὶς, διὰ λύπης ὑπερβολὴν ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Χρυσορρόαν· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Πακτωλὸς προσηγορεύθη.

Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ ψῆγμα Δαρείου χρυσίου, καταφερόμενον εἰς τὸν εὐδαίμονα κόλπον.

III. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ καὶ λίθος ἀρουραφύλαξ καλούμενος· ἔστι δ' ἀργύρῳ παρόμοιος· εὑρίσκεται δὲ δυσχερῶς τῷ καταφερομένῳ ψήγματι συναναμιγνύμενος· ἔχει δὲ δύναμιν τοιαύτην. Οἱ ἐν ἐξοχῇ τυγχάνοντες τῶν Λυδῶν συναγοράζουσιν αὐτὸν, καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου τῶν θησαυρῶν τιθέασι, καὶ διαφυλάττουσιν ἀκινδύνως τὸν διατιθέμενον χρυσόν. Ὅσάκις γὰρ ἂν φῶρες ἐπέλθωσιν, σάλπιγγος ἦχον ἀναδίδωσιν ὁ λίθος· οἱ δὲ, ὡς ὑπὸ δορυφόρων διωκόμενοι, κατὰ κρημνῶν φέρονται. Καὶ καλεῖται ὁ τόπος τῶν βιαιοθανατησάντων Πακτωλοῦ φρουρά.

IV. Γεννᾶται δὲ βοτάνη πορφυράνθεμος, καλουμένη χρυσόπολις· πρὸς αὐτὴν γὰρ αἱ ἀστυγείτονες πόλεις τὸν ἀκέραιον χρυσὸν δοκιμάζουσιν. Ἅμα γὰρ αὐτὸν χωνευθῆναι βάπτουσι τὴν βοτάνην· καὶ ἐὰν μὲν ἀνόθευτον τὸ χρυσίον ᾖ, τὰ φύλλα χρυσοῦται· ἐὰν δ' ἐφθαρμένον ὑπάρχῃ, τὴν ἠλλαγμένην ὑγρασίαν ἀποπτύει καὶ διατηρεῖ τῆς ὕλης τὴν οὐσίαν· καθὼς ἱστορεῖ Χρύσερμος ἐν γ' περὶ Ποταμῶν.

I. Pactolus fluvius est Lydiæ juxta civitatem Sardes, qui antea Chrysorrhoas dictus est. Nam Chius (Chrysorrhoas?) Apollinis et Agathippes filius, quum mechanicam artem exerceret, et tenui victu sustentaret vitam, Crœsi regis thesauros profunda nocte aperuit, et aurum inde exportans familiaribus suis distribuebat : ab insequentibus autem custodibus undique circumvallatus, se ipsum conjecit in fluvium.... qui ab eo Chrysorrhoas fuit nuncupatus.

II. Pactolus vero ideo tandem dictus est. Pactolus, *Jovis* et Leucotheæ filius, in seclusis Veneris sacris Demodicen sororem inscius depudicavit, et casu comperto quum vehementi opprimeretur mœstitia, se ipsum conjecit in fluvium Chrysorrhoam, qui ab eo Pactolus denominatus est.

Nascitur in ipso ramentum auri Darici, quod fluit in felicem sinum.

III. Crescit et ibidem lapis Aruraphylax (Argyrophylax? *i. e. argenti servator*), argento simillimus, qui difficulter invenitur, quod labenti ramento commixtus sit. Ejus hæc est vis : e Lydis qui potentiores sunt, ipsum coemunt, et ante thesaurorum suorum limina ponunt, sicque secure illic repositum ac reconditum aurum custodiunt : quumque fures eo pervenire volunt, lapis hic tubæ clangorem emittit, illi autem tanquam a satellitibus abacti per præcipitia feruntur. Unde locus in quo violenta morte occubuerunt, Pactoli custodia vocatur.

IV. Rursus illic crescit herba purpureis floribus Chrysopolis dicta, cujus examine vicinarum urbium incolæ purum aurum probant. Nam ipso tempore quo id conflant, hanc herbam immergere solent, cujus folia, si adulteratum non sit aurum, inaurantur ; sed si corruptum sit, immutatam humiditatem respuunt et materiæ substantiam servant, ut refert Chrysermus in III de Fluminibus.

V. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Τμῶλος, παντοδαπῶν θηρίων πλῆρες· ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Καρμανόριον, ἀπὸ Καρμάνορος, τοῦ Διονύσου καὶ Ἀλεξιρροίας παιδὸς, ὃς κυνηγετῶν ἀπέθανεν ὑπὸ κάπρου πληγείς· ὕστερον δὲ μετωνομάσθη Τμῶλος διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Τμῶλος, Ἄρεως καὶ Θεογόνης υἱὸς, βασιλεὺς Λυδίας, ἐν Καρμανορίῳ κυνηγετῶν ὄρει, καὶ θεασάμενος Ἀρρίππην παρθένον τῇ Ἀρτέμιδι συναναστρεφομένην, εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς [ἐν]έπεσε, καὶ πλεονεκτούμενος ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἐπεδίωκεν αὐτὴν βιάσασθαι βουλόμενος· ἡ δὲ περικατάληπτος γενομένη ἀπέφυγεν εἰς τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος. Καταφρονήσας δὲ τῆς δεισιδαιμονίας ὁ τύραννος, ἐν τῷ τεμένει τὴν κόρην ἔφθειρεν· ἡ δ' ἀθυμίᾳ συσχεθεῖσα βρόχῳ τὸν βίον περιέγραψεν. Ἀναξιοπαθήσασα δ' ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσιν ἡ θεὸς οἰστροπλῆγα τῷ προειρημένῳ ταῦρον ἐπέσκηψεν, ὑφ' οὗ ῥιφεὶς εἰς ὕψος, καὶ εἰς σκόλοπας κατενεχθεὶς, μετὰ βασάνων ἔθανε. Θεοκλύμενος δ', ὁ τοῦ προειρημένου παῖς, τὸν γεννήσαντα θάψας, τὸ ὄρος ἀπ' αὐτοῦ μετωνόμασεν.

VI. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λίθος κισήρει παρόμοιος, καὶ σπανίως εὑρίσκεται· τετράκις γὰρ τῆς ἡμέρας ἀλλάσσει τὴν χρόαν· βλέπεται δὲ ὑπὸ παρθένων τῶν μήπω χρόνον φρονήσεως ἐχουσῶν· αἱ δὲ ὥραν ἔχουσαι γάμου ἐὰν ὁρῶσιν αὐτὸν, οὐδὲν ἀδικοῦνται παρὰ τῶν ὑβρίζειν θελόντων· καθὼς ἱστορεῖ Κλειτοφῶν....

V. Adhæret ipsi mons Tmolus omnigenis belluis refertus, quem prius dixere Carmanorium, a Carmanore Bacchi et Alexirrhœæ filio, qui inter venandum mortuus est ab aprino porco vulneratus : et tandem Tmolus idcirco dictus fuit. Tmolus Martis et Theogones filius, Lydiæ rex, quum in Carmanorio monte venaretur, et Arrhippen virginem Dianæ adjunctam conspexisset, cœpit eam deperire, et ab amore superatus violandi animo persecutus est. Quæ quum nequiret evadere, confugit in templum Dianæ; sed quum religionem omnem rex contemneret, in ipsomet templo virginem vitiavit. Hæc autem præ tristitia resti finivit vitam. Indignata vero ob regis insolentiam Diana taurum in eum immisit furore exagitatum, a quo jactus in altum, et in palos præacutos delatus, obiit in tormentis ac cruciatibus. At Theoclymenus Tmoli filius, eo tumulato, montem postea a patre denominavit.

VI. Nascitur illic lapis pumici similis, qui infrequentius invenitur : quater enim in die mutat colorem, conspicitque solum a virginibus, quæ propter ætatis imbecillitatem sapientia præditæ non sunt. Quodsi quæ plenis sunt nubiles annis, eum conspexerint, nequicquam læduntur ab eis a quibus earum pudicitia attentatur, ut auctor est Clitophon....

VIII.

ΛΥΚΟΡΜΑΣ.

I. Λυκόρμας ποταμός ἐστι τῆς Αἰτωλίας· μετωνομάσθη δ' Εὔηνος δι' αἰτίαν τοιαύτην. Ἴδας ὁ Ἀφαρέως παῖς, δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν Μάρπησσαν ἁρπάσας, ἀπήνεγκεν εἰς Πλεύρωνα. Κατηχηθεὶς δὲ περὶ τῶν συμβεβηκότων ὁ Εὔηνος ἐπεδίωκε τὸν ἐπίβουλον τῆς ἰδίας θυγατρός· γενόμενος δὲ κατὰ Λυκόρμαν καὶ τῆς συλλήψεως ἀπελπίσας, ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν ἔβαλεν· ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὔηνος μετωνομάσθη.

II. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ βοτάνη ζάρισα προσαγορευομένη, λόγχῃ παρόμοιος, ποιοῦσα πρὸς ἀμβλυωπίας ἄριστα· καθὼς ἱστορεῖ Ἀρχέλαος ἐν α' περὶ Ποταμῶν.

III. Παράκειται δ' αὐτῷ ὄρος Μύηνον καλούμενον, ἀπὸ Μυήνου τοῦ Τελέστορος καὶ Ἀλφεσιβοίας παιδός. Οὗτος γὰρ ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς φιλούμενος, καὶ μὴ θέλων μιαίνειν τὴν κοίτην τοῦ γεννήσαντος, εἰς Ἄλφιον ὄρος ἀνεχώρησε. [**] Τελέστωρ δὲ, τῷ ζήλῳ τῆς γυναικὸς συμπεριενεχθεὶς, [**] τὴν ἐρημίαν μετὰ τῶν δορυφόρων κατὰ τοῦ τέκνου ληψόμενος ἐδίωκε. Μύηνος δὲ, φθάσας τοῦ πατρὸς τὰς ἀπειλὰς, κατεκρήμνισεν ἑαυτόν· τὸ δ' ὄρος κατὰ πρόνοιαν θεῶν ἀπ' αὐτοῦ Μύηνον μετωνομάσθη.

IV. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ λευκόϊον ἄνθος, ὃ μη-

VIII.

LYCORMAS.

I. Lycormas fluvius est Ætoliæ, quem ea de causa Evenum denominavere : Idas Apharei filius amoris desiderio Marpessam captam in Pleuronem duxit. Quam raptam quum Evenus rescisset, filiæ suæ insidiatorem persecutus est : et quum juxta Lycormam pervenisset, nec fugitivum speraret se assecuturum, in fluvium se conjecit, qui ab eo Evenus dictus est.

II. Nascitur in ipso herba Sarissa nomine hastæ similis, quæ utilissima est ad sanandas oculorum obtusiones; ut Archelaus narrat in primo de Fluvlis.

III. Non longe etiam visitur mons Myenus, a Myeno Telestoris et Alphesibœæ filio sic dictus; qui dilectus a noverca, patrisque lectum temerare nolens, recessit in Alphium montem. *Tum illa innocentem adulterii insimulat.* Telestor autem conjugis zelo desertum invasit cum stipatoribus, ut filium corriperet. At Myenus parentis præveniens minas, se præcipitem dedit : unde mons deorum providentia ab eo Myenus vocatus est.

IV. Crescit in ipso flos Leucoium, id est alba viola,

τριᾶς ὀνομασθείσης μαραίνεται· καθὼς ἱστορεῖ Δέρκυλλος ἐν γ' περὶ Ὀρῶν.

IX.

ΜΑΙΑΝΔΡΟΣ.

Eubulidas, dialecticus Milesius, M. 1030, 2.
Eubulus, Spinthari filius, Atheniensis, Anaphlystius, patrocinatur Æschini, M. 1024, 9; M. 589, 42; M. 997, 21; V. 888, 41.
Euchidas, Platæensis, eodem die Plataris Delphos profectus ignem sacrum reportat, et salutatis civibus concidit; versus in sepulcro ejus, V. 395, 53.
Eucles, Atheniensis, nuntium de Marathonia pugna ferens hoc tantum effatus, χαίρετε et χαίρομεν, exspirat, M. 425, 7.
Eucliæ Artemidis templum Platæis, ara et simulacrum in foris; Dianam esse alii contendunt, alii Herculis et Myrtus filiam, V. 396, 8.
Euclidas, Leonidæ regis filius, Cleomenis frater, atque ab hoc regni adscitus socius, V. 965, 52; V. 1008, 35; occisus apud Sellasiam, V. 976, 18, *ibid.* 33 *sqq.*; V. 428, 50.
Euclides, archon Atheniensis, post quem alia litterarum ratio cœpit, V. 380, 46; M. 1018, 59.
Euclides, Laco apud Artoxerxem regem, V. 1207, 46.
Euclides, Socraticus; dictum de fratre irato, M. 560, 46; *cfr.* M. 593, 14.
Euclides, Corinthius, V. 289, 36.
Euclides, Olynthius, Lycurgi oratoris amicus, M. 1026, 27.
Euclides, Atheniensis, Arati adversarius, V. 1247, 13.
Euclides, mathematicus; Dioptrica ejus, M. 1338, 3.
Eucnamus, Amphissensis, heroicis honoribus a Phocensibus ornatus, M. 930, 43.
Euctus, Persei regis quæstor, V. 319, 42; propter objurgationes interficitur a rege, M. 84, 6 *sqq.*
Eudæmon, de nomine, V. 261, 20
Eudæus, Persei regis quæstor, V. 319, 42; M. 84, 6 (Εὔλαιος).
Eudamidas, Archidami filius, Agidis frater, tertius ab Agesilao rex Spartæ, V. 949, 47 *sqq.* Dicta ejus aliaque compluria, M. 270, 17 *sqq.* 1 (de Xenocrate; *cfr.* M. 231, 24 *sqq.*); 2 (de philosopho, solum sapientem bonum imperatorem esse, dictitante; *cfr.* M. 231, 38).
Eudamidas, Archidami filius, prioris nepos, quintus ab Agesilao rex, V. 949, 50.
Eudemus, elephantis præfectus sub Eumene, V. 707, 14.
Eudemus, Cyprius, cujus in mortem Aristoteles dialogum de anima composuit, adjuvat Dionem expeditionem contra Dionysum parantem, V. 1153, 41. *Citatur*, M. 1242, 48 (de Platone).
Eudemus, Pergamenus, testamentum Attali Philometoris Romam affert, V. 990, 53.
Eudidus, frater Lysiæ oratoris, M. 1018, 14.
Eudorus, Academicus, *cit.* M. 1240, 4; M. 1247, 44; M. 1248, 30.
Eudoxus, Cnidius, coperat cum Archyta machinarum

conficiendarum artem indagare, a Platone hoc ægre ferente avertuntur, V. 364, 48; *cfr.* M. 876, 9 *sqq.* In Ægypto Chonuphim Memphitam audiisse fertur, M. 433, 47. Cnidiis leges posuit, M. 1377, 41. Comburi vovit, si ante liceret figuram et magnitudinem formamque solis perdiscere.

Citata, M. 432, 15 (ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆς περιόδου, *cfr.* M. 1337, 25); M. 439, 22; M. 444, 2; M. 455, 38; M. 459, 54; M. 460, 45; M. 491, 31 (de astrologia); M. 699, 49; M. 876, 10; M. 1084, 45; M. 1096, 18; M. 1337, 46.

Evemeridas, Cnidius, *cit.* Ps. 88, 17 *sqq.*

Evemerus, Messenius, *cit.* M. 440, 13.

Evemerus, Tegeata, M. 1072, 34.

Evenus, Martis et Steropes filius, Idam, qui Marpessam, ejus filiam, rapuerat, prosecutus in Lycormam fluvium se conjicit et immortalis est factus, M. 388, 12; *cfr.* Ps. 86, 30 *sqq.*

Evenus, poeta, *citat.* M. 60, 22 (τῶν ἡδυσμάτων τὸ πῦρ ἐστι κράτιστον, *cfr.* M. 151, 4; M. 849, 9; M. 1236, 43); M. 601, 38 (ἡ δέος ἢ λύπη παῖς πατρὶ πάντα χρόνον); M. 1348, 7 (πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔρυ).

Evenus, fluvius Ætoliæ, Lycormas quoque dictus, Ps. 86, 27 *sqq.*

Evergetes, de nomine, V. 261, 19.

Euganei, Ps. 77, 50 (*vide versionem*).

Evius, Bacchi nomen, V. 371, 9; M. 475, 7.

Evius, tibicen, apud Alexandrum et Hephæstionem, V. 695, 50; M. 215, 53.

Eulæus, propter objurgationes a Perseo rege victo interficitur, V. 319, 42; M. 84, 6.

Eumæus, Homericus, libertate donatus a Telemacho princeps fit generis Coliadarum, M. 363, 9; M. 858, 4.

Eumelus, in Xenagoræ epigrammate, V. 314, 29.

Eumenes Cardianus. Vita ejus, V. 695 *sqq.*

Familia ejus, V. 695, 19 *sqq.* Avectus a Philippo, V. 695, 23 *sqq.* scriba regius sub Alexandro, imperator etiam cum exercitu in Indiam mittitur, V. 695, 29. Alexander ei in matrimonium dat Barsinam, V. 695, 45. Rixæ cum Hephæstione, offensiones Alexandri; calliditas, qua Alexandri favorem capit, impensis studiose factis in Hephæstionis mortui honores, V. 695, 48 *sqq.*

Instituta post Alexandri mortem provinciarum divisione, Eumeni Cappadocia et Paphlagonia Euxino mari subjecta usque ad Trapezuntem obtingit, V. 696, 48. Hæc quum adhuc Ariarathem regem haberet, constitutum erat, ut Leonnatus et Antigonus Eumenem deducerent, V. 696, 51 *sqq.* Antigonus non obtemperat, Leonnatus in Phrygiam quidem descendit, sed inde in Europam ab Hecataeo et Antipatro vocatus ire statuit, V. 696, 54 *sqq.* Diffidens Leonnato ad Perdiccam profugit, qui in Cappadociam eum deducit, V. 697, 20 *sqq.* Missus e Cilicia Neoptolemum Perdiccæ mansuetum reddit, V. 697, 39. Perdiccas summam ei rerum mandat contra Antipatrum et Craterum in Cappadociam invasurus; Eumenes Neoptolemum proditionem molientem fugat; legatio Antipatri et Crateri, Eumenis responsum, V. 698, 4 *sqq.* In Craterum contra eum ducentem milites immittit ignaros, contra quem pugnent; insomnium ante prælium, V. 698, 52 *sqq.* Pugna commissa et Craterus occidit et Eumenes ipsius manu Neoptolemum cædit, V. 699, 35 *sqq.* *cfr.* M. 613, 5. Perdicca duobus ante Eumenis victoriam diebus mortuo, Macedones irati Eumenem morte damnant bellumque contra eum gerendum Antigono et Antipatro mandant; Eumenes orante Cleopatra in Phrygiam superiorem recedit regionemque Alcetæ, Polemoni et Decimo ademptam militibus stipendiorum in loco vendit; præsidium prætorianorum militum ei datum, V. 700, 38 *sqq.* Victus ab Antigono in Orcyniis Cappadociæ, proditione intercedente, V. 701, 37 *sqq.* In Antigoni incidens impedimenta ipse clam ad Menandrum impedimentis præfectum mittit, ut quam celerrime recedat, V 701, 48 *sqq.* Plurimis militum dimissis, Noram se confert; colloquium cum Antigono, V. 702, 26 *sqq.* Obsidio Noræ, V. 703, 7 *sqq.* Post Antipatri mortem Antigonus pacem cum Eumene facit, oborta vero de juramenti formula dissensione, Eumenes fugit, V. 703, 45 *sqq.*

Polysperchon et Philippus rex bellum contra Antigonum gerendum ei mandant; caute agendo Antigenis et Teutami Argyraspidum præfectorum invidiam, Macedonum arrogantiam et vilitatem compescit, V. 704, 19 *sqq.* Antigonus magnis cum copiis accedens obtemperantes metu Macedones ei reddit; vincit Antigonum apud Pasitigrim fluvium, V. 705, 17 *sqq.* Antigonus visa lectica Eumenis per ordines ire, copias abducit, V. 705, 31 *sqq.* Decipit Antigonum Macedonibus in Gabena disjectis supervenientem, V. 706, 16 *sqq.* Audita Teutami et Antigenis conjuratione dubius animo aciem instruit, ipse quidem vincit, Peucestæ vero segnitate impedimenta amittit, V. 707, 6 *sqq.* Impedimenta cum Antigonus promiserit se redditurum, si Argyraspides Eumenem dederint, hi dolo vinctum Nicanori tradunt ab Antigono misso; Eumenis verba ad milites; deliberante Antigono de eo plures dies in custodia retinetur; sermo cum Onomarcho custode; tandem interficitur, V. 707, 53 — V. 709, 31.

Eumenes, Attali filius, rex Pergami, cujus mater Apollonis Cyzicena, fratres Attalus, Philetærus, Athenæus, M. 582, 22. Per missos a Perseo rege obruitur lapidibus et mortuus putatur; Attalus frater diademate sibi imposito Stratonicam fratris uxorem ducit, quem reversus Eumenes absque ulla reprehensione amplexus est, M. 593, 19 *sqq.*; *cfr.* M. 220, 18. Romam venit; Catonis in regem dictum, V. 406, 44.

Eumenidum templum, V. 84, 54.

Eumetis, Corinthia, a Cleobulo patre Cleobulina vocata, persona colloquii Septem Sapientum Convivium inscripti, M. 173; M. 176, 30; M. 178, 18; M. 489, 26. Ænigmata ejus, M. 182, 44 *sqq.*

Eumolpidas, Thebanus, M. 694; M. 697, 4.

Eumolpidæ, genus Atheniense, V. 242, 40; V. 251, 13, *ibid.* 44; M. 1027, 28.

Eumolpus, e Thracia Athenas profectus initiat sacris Græcos, M. 733, 33. Bellum contra Erechtheum et Athenienses, M. 382, 4; M. 385, 6; V. 549, 44.

Euneus, Atheniensis, Thesei æqualis, frater Thoantis et Soloentis, cum primore rector et legislator Pythopolis urbis a Theseo factus, V. 14, 8 *sqq.*

Eunomus, Lycurgi avus, vel pater vel frater, V. 47, 31.

Eunomus, Thriasius, senex Demosthenem cohortatur, M. 1029, 39; *cfr.* V. 1013, 11. Isocratis discipulus, M. 1020, 38.

Eunosta, nympha, Eunostum heroem enutrivit, M. 370, 16.

Eunostus; *vide* Quæst. Græc., quis est Eunostus heros Tanagræ et cur lucum ejus intrare mulieribus nefas est, M. 370, 13.

Eunus, fugitivus, qui Servilis per Siciliam belli auctor fuit, captus et Romam perductus ibi phthiriasi obiisse traditur, V. 567, 23.

Euonymia, demus Atticus, M. 1028, 28.

Eupatridæ, a Theseo seorsim discreti juribusque instructi, V. 13, 7.

sqq.; Marathon primum nominatus, *ibid.* 40; cur tandem Eurotas, Ps. 92, 41 *sqq.* De lapide Thrasydilo dicto, Ps. 93, 1 *sqq.* De Taygeto monte, *ibid.* 8 *sqq.* De Charisio planta, *ibid.* 14.

Eurotas, Lacedæmoniorum dux, cum ante plenilunium in pugnam duxerit exercitum et amiserit, in fluvium se conjicit ab eo nominatum, Ps. 92, 42 *sqq.*

Euryale, et Stheno, sorores Medusæ, Perseum insequuntur, Ps. 94, 17.

Euryanassa, Tantali uxor, mater Pelopis, M. 385, 39.

Eurybiades, Spartanus, Lacedæmoniorum et aliorum Græcorum contra Persas dux ad Artemisium, a Themistocle Eubœensium pecunia corruptus, V. 137, 29 *sqq.* Salaminem deserere cupiens Themistocli in concilio sociorum obstat; Themistoclis dicta, V. 140, 24 *sqq.*; *cfr.* M. 221, 50; M. 222, 1; V. 385, 54. Fortitudinis præmium a Lacedæmoniis e pugna Salaminensi accipit, V. 144, 10.

Eurycles, antiquitus vocabantur Engastrimythi, M. 505, 16. Eurycles vates in proverbium abit, Ps. 172, 24.

Eurycles, Syracusanus, legem fert de celebranda victoria et de hoc, quod sit statuendum de captivis Atheniensibus, V. 646, 49.

Eurycles, Laco, a Cæsaris partibus in pugna Actiaca, Antonium fugientem insequitur, V. 1129, 28. Accusatus apud Cæsarem, V. 253, 3.

Euryclidas, Spartanus, ex Cleomenis regis sociis in Ægyptum abeuntis, V. 963, 50.

Eurycrates, Spartanus, M. 265, 30.

Eurycratidas, Anaxandridæ filius, Spartanus, dictum ejus, M. 271, 12.

Eurydice, Orphei conjux, M. 931, 9.

Eurydice, Antipatri filia, uxor Ptolemæi, Mileti convenit cum Demetrio Poliorceta, V. 1088, 2.

Eurydice, vidua Opheltæ, Cyrenæ principis, genus ducens ab antiquo Miltiade illo, Athenis ducitur a Demetrio Poliorceta, V. 1068, 13; V. 1092, 19.

Eurydice, et Pollianus, quibus conjugibus sua Plutarchus dicat conjugalia præcepta, M. 163 *sqq.*

Eurydice, Illyrica; epigramma ejus Musis consecratum M. 16, 26 *sqq.*

Eurylochus, Ægeus, miles Alexandri, V. 822, 7.

Eurymedon, Pamphyliæ flumen; Cimonis victoria ad Eurymed., V. 581, 4.

Eurymedon, Atheniensis, auxilia fert Niciæ, V. 640, 45; in navali pugna interfectus, V. 644, 19.

Eurymnus, conatus Castorem calumniari apud Pollucem gravissimam poenam iis dedit, Ps. 163, 20.

Eurypon, rex Spartanorum, Soi filius, qui familiæ nomen Eurypontidis dat, V. 47, 33; V. 48, 1.

Eurypontidæ, altera familia regia Spartæ, nomen ducit ab Euryponte, V. 48, 1; V. 534, 26; V. 538, 36; V. 790, 25.

Euryptolemus, Atheniensis, Megaclis filius, Periclis et Alcibiadis consobrinus, V. 186, 14; V. 250, 31; V. 575, 9; V. 583, 30.

Eurypylus, tragœdiæ persona, M. 556, 14.

Eurysaces, Ajacis Salaminii filius, jus civitatis Atheniensis accepisse et Brauronе habitasse fertur, V. 99, 43. Alcibiadis genus ad eum refertur, V. 229, 23.

Eustrophus, Atheniensis, persona dialogi de Ei Delphico, Pythagoricus videtur, M. 469; M. 473, 15; M. 856, 10.

Eurythemiste, uxor Bœoti, Ps. 81, 26.

Eutelidas, se ipsum fascinat, M. 829, 48 *sqq*; M. 830, 24.

Euterpe, Musa, M. 908, 15; M. 912, 10.

Euterpe, a nonnullis Themistoclis mater nominatur, V. 133, 36.

Euthippus, Anaphlystius, cum ceteris Cimonis amicis, centum numero, interit, V. 585, 7 *sqq.*

Euthycrates, et Lasthenes, Olynthum perdunt, M. 116, 12; M. 617, 27.

Euthydamus, quidam, M. 1181, 24.

Euthydemus, a Socrate ad cœnam ductus, M. 659, 46.

Euthydemus, Atheniensis, imperii collega Niciæ cum Menandro datus; victus navali pugna ab Aristone Corintho, V. 640, 48; V. 641, 22.

Euthydemus, Suniensis, Plutarchi collega in sacerdotio, M. 799, 1; M. 853, 30.

Euthydemus, Diomiensis, M. 1038, 5.

Euthymenes, Massiliensis, *cit.* M. 1095, 43 (de Nili incremento).

Euthymus, Leucadius, V. 300, 34.

Euthynous, Italus; de morte ejus, M. 130, 32 *sqq.*

Euthynous, Thespiensis, V. 734, 2.

Eutropio, apud Antigonum regem coquorum princeps, M. 12, 50.

Eutychus, nomen hominis asinum agentis, qui Cæsari Octaviano prœlium ad Actium commissuro omini fuit, V. 1128, 21.

Eutyphro, vates Atheniensis, M. 701, 15.

Euxinus Pontus, V. 696, 50; V. 507, 12; V. 515, 46; V. 590, 20; Ps. 91, 6.

Euxippa, et Theano, a nonnullis Scedasi Leuctrensis vocantur filiæ, M. 945, 15.

Euxitheus, orator, Aristotelis amicus, M. 951, 10.

Euxynthetus, M. 937, 1.

Exathres, Darii regis frater, ab Alexandro in amicorum numerum receptus, V. 823, 25.

Execestidas, pater Solonis, secundum vulgarem opinionem, V. 94, 6.

Execrationes, apud Romanos, V. 660, 10.

Ἐξηγητής (ὁ), *cit.* Fr. 13, 31.

Exilio (de) disputatio, M. 723, 23.

Exordiis utentes quid sibi proponant oratores, Ps. 148, 1 *sqq.*

Exoterica colloquia Aristotelis, M. 1364, 6.

F.

Faba, M. 353, 36 (Quæst. Rom., cur castimoniam agentibus usu leguminum est interdictum?). Primitias fabarum Ægyptii Harpocrati offerunt, M. 461, 11; M. 896, 13. Fabis abstine, Pythagoræ præceptum, M. 14, 43. Fabam abominantur Ægyptii, M. 889, 5. Fabis abstinere jubentur, qui divinare per somnum cupiunt, M. 896, 13.

Fabia, Fabii Fabriciani uxor, stuprata a formoso quodam juvene maritum dolo interficit; Fabricianus adultos matrem adulterumque occidit, M. 387, 28 *sqq.*

Fabia, soror Terentiæ Ciceronis uxoris, sacerdos, accusatur a Clodio, V. 916, 15.

Fabii, trecenti simul ab Etruscis occisi, V. 164, 40. Tres ejus generis Clusium legati missi ad Gallos, V. 162, 52. De antiqua forma nominis gentilis, V. 208, 3 *sqq.*

Fabius, gentis hujus princeps, filius Herculis ex Nymphа natus; de antiqua forma nominis gentilis, V. 208, 3 *sqq.*

Fabius (Q.) Ambustus, legatus Delphos missus, V. 156, 22. Fecialis inter legatos Romanos ad Gallos Clusium missus contra eos cum Clusinis in prœlium exit, violato fecialium jure, agnitusque Brenno causa fuit Romam ducendi, V. 81, 13; V. 163, 25; a Brenno ad supplicium postulatus quamquam suadentibus Fecialibus, ut dedatur, a populo liberatur et tribunus militum constituitur cum fratribus, V. 163, 43.

Fabius (M.), pontifex maximus, quo tempore Galli in urbem irruunt, V. 166, 48

Fabius Rullus, Maximus dictus, quod divites quosdam ex libertinis in senatum lectos ejecit, V. 746, 8; *cfr.* V. 208, 13; M. 387, 28.

Fabius Fabricianus, Maximi cognatus, diripit Tuxicum, principem Samnitium urbem; necatur a Fabia uxore, M. 387, 28 *sqq.*

Fabius Gurges, Samnites vincit, regem eorum captum Romam mittit, M. 377, 2.

Fabius Maximus Verrucosus Cunctator. Vita ejus, V. 208 *sqq.*

De cognomentis Verrucosi et Oviculæ, V. 208, 13. De pueri natura, exercitationibus adolescentis, viri eloquentia; funebris oratio in funere filii habita, V. 208, 20 *sqq.* Primo consulatu Ligures vincit, paulo post Hannibal in Italiam irrumpit; Fabii consilia de ratione depugnandi hostis, V. 208, 41 *sqq.* Post cladem apud Trasimenum lacum dictator creatur, V. 210, 3 *sqq.* Vota suscipit, V. 210, 42. Institutum ejus bellicum (*cfr.* V. 361, 27, M. 236, 1); Minucius magister equitum ob rationem bellandi convicia ei ingerit, Fabii responsum, V. 211, 4. Hannibalem in montibus ad Casilinum urbem includit, V. 212, 16; *cfr.* V. 228, 21. Variæ res, quæ Fabium invidia aspergunt, quod ab Hannibale elapso victus videatur, quod Hannibal curet, ut ejus agri intacti relinquantur, maxime senatui invisus est propter permutationem captivorum, V. 213, 9 *sqq.*; *cfr.* V. 229, 9. Sacrorum causa Romam revocatus Minucio copias tradit, qui parvo successu arrepto, Fabii invidiam auget, V. 214, 1 *sqq.*; V. 214, 29 *sqq.* Metilii moti sermonibus Romani Minucio imperium cum dictatore æquant, V. 214, 27 *sqq.* Ut malum a Minucio imminens caveat, Fabius clam omnibus ad exercitum abit, exinde copias cum Minucio dividit, V. 215, 11 *sqq.* Minucium circumventum periculo eximit (V. 216, 24 *sqq.*; *cfr.* V. 228, 16; M. 236, 10), eumque rursus imperium reddentem excipit, V. 217, 3 *sqq.* His actis dictatura se abdicat, V. 217, 42. Sermo cum Æmilio Paulo, V. 218, 6. Post pugnam Cannensem omnis spes reliqua in eo ponitur, V. 220, 29 *sqq.* Consul creatur, M. 236, 20. Dux contra Hannibalem pristinis consiliis insistit, insidias structas ab Hannibale scribente sub nomine eorum, qui Metaponti primas obtinebant, fortuna vitat, V. 222, 3 *sqq.* Qua gratia et mansuetudine socios et milites tractaverit, V. 222, 17 *sqq.* Tarentum proditione recuperat, V. 223, 10 *sqq.*; *cfr.* V. 373, 25; V. 402, 29; M. 236, 38. Herculis colossum Tarento in Capitolium transfert, juxta equestrem sibi statuam æream ponit, V. 224, 24. Secundus priore splendidior triumphus; æmulatio M. Livii, V. 224, 31 *sqq.* Narratio de filio consule patrem ex equo descendere jubente; filio illo mortuo, ipse funebrem orationem habet, V. 224, 54 *sqq.* Scipioni Minori trajectum in Africam molienti invidiose resistit, V. 225, 34 *sqq.* Ante finem belli sub discessu Hannibalis ex Italia morbo decedit, V. 227, 11. Funus ejus honorificum, V. 227, 18.

Apophthegmata, M. 236, 1 *sqq.* 1 (τὸν σκώμματα φοβούμενον καὶ λοιδορίας δειλότερον εἶναι τοῦ φεύγοντος, *cfr.* V. 211, 49); 4 (de Lucano milite; V. 222, 40); 5 (Ἀπολείπωμεν Ταραντίνοις τοὺς θεοὺς κεχολωμένους, *cfr.* V. 370, 21); 6 (In M. Livium; *cfr.* V. 224, 52); 7 (De filio consule descendere patrem ex equo jubente; V. 225, 2 *sqq.*).

Fabius Pictor, Maximi cognatus, post pugnam Cannensem Delphos missus, V. 221, 10. Scriptor historiæ, *cit.* V. 21, 45; V. 25, 42; V. 29, 21.

Fabius Maximus, bello Punico cum trecentis mortuus, postquam Hannibali diadema detraxit, M. 377, 18.

Fabius (Q.) Maximus, filius Maximi Cunctatoris, consul patrem ex equo descendere jubet; mors ejus, V. 225, 2 *sqq.*; *cfr.* M. 236, 49.

Fabius Buteo, dictator post cladem Cannensem factus, V. 215, 4.

Fabius Maximus (Æmilianus), Æmilii Pauli filius ex Papiria, adoptatus a Fabii Maximi nepote, V. 307, 31; V. 314, 5.

Fabius Buteo, proprætor Hispaniæ, V. 999, 6.

Fabius, Luculli legatus, victus a Mithridate, V. 615, 31.

Fabius Valens, legionis dux sub Verginio Rufo, V. 1260, 2. Galbæ jussu Fontejum necat, V. 1262, 29. Primus Vitellium imperatorem salutat, V. 1266, 27.

Fabius Fabulus, miles quidam, Galbæ caput ad Othonem defert, V. 1269, 33.

Fabricianus, Fabii Fabriciani filius, matrem interficit et a senatu absolvitur, M. 387, 34.

Fabricius (C.), consul cum Q. Æmilio; apophthegmata, M. 235, 19 *sqq.* 1 (non Epirotæ Romanos, sed Pyrrhus Lavinium vicit; *cfr.* V. 470, 16); 2 (legatus apud Pyrrhum; *cfr.* V. 471, 41); 3 (*cfr.* V. 472, 14 *sqq.*); 4 (medicus Pyrrhum se necaturum per epistolam promittit; *cfr.* V. 472, 33 *sqq.*); 5 (captivos non accipit gratis, sed totidem reddit; *cfr.* V. 472, 50 *sqq.*) Fabricio et Valerio dederunt Romani, ut ipsi et eorum posteri in foro sepelirentur, M. 349, 7. Varia, V. 421, 45; V. 424, 9.

Fabulæ, (*vide* Æsopus): Parturiunt montes, *etc.*, V. 735, 40. De viro ad bellum exeunte et corvis, narrata a Phocione fabula, V. 889, 32 *sqq.* De ovibus canes lupis dedentibus, V. 1022, 33. De bove et camelo, M. 163, 22. De luna a matre tuniculam sibi petente, M. 186, 20. Hesiodi de accipitre et luscinia, M. 187, 36. De certamine dici festum excipientis cum festo, M. 333, 23; *cfr.* V. 144, 46 *sqq.*; M. 394, 16. De vulturibus, M. 1013, 25; M. 571, 43; M. 1033, 15 (de asini umbra).

Fabulosæ Plutarchi narrationes, Fr. 48, 17.

Facere, et Operari pro Mactare usurpatum primitus, M. 890, 5.

Fagi termite admoto viperam si contigeris, sistitur, M. 777, 23.

Falerii, urbs Faliscorum, populi Etrusci; Falisos depugnat Camillus inter bellum Vejense, V. 156, 46; V. 155, 19. Falerios obsidet idem, V. 159, 29. Proditio magistri puerorum, Faliscorum deditio, V. 159, 45 *sqq.* Bellum a Romanis illatum Faliscis ob factum Genucio cuidam tribuno plebis convicium, V. 997, 44. De virginibus Junoni immolatis ad evertendam pestem; Valeria Luperca servata ab aquila; sacra, quæ illius rei in memoriam aguntur, M. 386, 46. Falernum vinum, M. 149, 50. Varia, V. 163, 9; V. 209, 4.

Falisci, populus Etruriæ, *vide* Falerii.

Famæ et Ominis templum, a Furio Camillo locatum, M. 392, 11.

Famedorienses, cur ita dicti, Ps. 166, 29 *sqq.*

Famis campus, loci nomen et proverb., Ps. 166, 17.

Fana, intrantes in quædam aurum foris relinquunt, ferrum omnino in nullum important templum, M. 1000, 17.

Fannia, mulier Minturnensis, cui Marius captus datur custodiendus, V. 510, 15 *sqq.*

Fannius (C.) militans cum Scipione Minore in Africa, *citatur*, V. 985, 15. Adjuvante C. Graccho consul creatur, V. 999, 55; V. 1000, 5; V. 1002, 4.

Farinam cur flamini Diali tangere non liceat, M. 357, 31. Farina plenilunio facilius subigitur, M. 800, 39.

Fasces, quid, V. 40, 2. Cur prætorum fasces colligati ferantur, appensis securibus, M. 349 53.

Fascinatio (καταβασκαίνειν); Quæst. Conv. V, 7, de his qui fascinare dicuntur, M. 827 *sqq.*; M. 920, 10.
Fasti, emendantur, V. 877, 50.
Fatum, M. 26, 44; M. 28, 5 *sqq.*; M. 29, 9; M. 575, 7. De Fato disputatio, M. 686, 34. Placita philosophorum de Fato, M. 1078, 30. De natura Fati, *ibid.* 41. De Fato philosophorum et Homeri sententia, Ps. 132, 46 *sqq.*
Favonius (M.), Catonis Minoris sectator et familiaris, opera ejus ædilis factus, V. 924, 45; V. 932, 33 *sqq.*; *cfr.* V. 1178, 51. Crassi et Pompeji rogationibus repugnat, V. 856, 54 *sqq.* Pompejo in fuga servi munia obit, V. 785, 14, *ibid.* 30 *sqq.* In Pompeji castris, ad decertandum cum Cæsare impellit, V. 777, 7; V. 780, 52; V. 791, 44; V. 863, 49; V. 868, 17. Apud Brutum et Cassium Sardibus, V. 1191, 49 *sqq.*
Favonius ventus, vinum vapidum reddit, M. 796, 8; Ps. 129, 45, 46.
Favorinus, *citatur*, M. 334, 41.
Favorinus, cui Plutarchus disputationem de primo frigido dicat, M. 1157, 39. Persona dialogi, M. 895, 46.
Faunus, rex, Mercurii filius, aggressus Herculem hospitem ab illo trucidatur, M. 387, 44.
Faunus, genius, cujus uxorem Bonam deam dicunt Romani, V. 848, 48 (*cfr. sub voce* Picus). Picus et Faunus genii in Aventinum collem commeant, V. 83, 49.
Faunus, haruspex quidam, M. 331, 24.
Fausta, Sullæ, ex Metella filia, V. 565, 45.
Faustulus, Amulii minister et subulcus, cui gemellos ex Ilia natos tradit exponendos, V. 22, 13. Tollit infantes atque nutrit eos, V. 33, 28 *sqq. cfr.* M. 387, 19. Cæsus cum Remo, V. 27, 5.
Faustus, genius, Saturni et Entoriæ filius, M. 378, 49; *cfr.* Felix.
Faustus, Sullæ ex Metella filius, V. 565, 45; V. 764, 47; V. 768, 20; V. 790, 4; V. 851, 38. Pueri cum Cassio puero contentio; V. 1177, 33 *sqq.* Propter æs alienum bonorum auctionem proscribit, V. 1043, 34; M. 249, 34.
Febris, M. 167, 31; M. 606, 16; M. 1114, 42. Febris ut fiat, M. 1113, 27. Febres quartanæ sanantur lapide, qui Clupææ piscis in capite invenitur, Ps. 84, 47.
Februa, id est, expiatio, V. 86, 46.
Februarius mensis, quasi lustralis, a februis, id est expiatione; illo mense mortuis parentant et Lupercalia peragunt, V. 86, 44; *cfr.* V. 36, 24; M. 345, 37; M. 330, 47; 336, 7. Romanis priscis mensis ultimus, secundo loco statuitur a Numa, vel plane cum Januario decem mensibus priscis est additus, V. 85, 53 *sqq.*
Februata, dicitur dies sacrorum Lupercalium, V. 36, 22; *cfr.* M. 345, 38.
Feciales, a Numa instituti; nominis interpretatio; munera eorum, V. 80, 47 *sqq.*; *cfr.* V. 163, 47. Fecialium jure violato Gallicam calamitatem Romæ accidisse fama tenet, V. 81, 9. Quæst. Rom. LXII, cur inter Feciales maximus est is, quem Patrem Patratum appellant, V. 344, 17.
Fel, a Junoni sacrificantibus juxta altaria defoditur, Fr. 18, 16.
Felis; Ægyptiorum hoc de animali fabulæ, M. 460, 20 *sqq. et* M. 465, 38. Unguentorum odore ad insaniam redigitur, M. 171, 32. Felis et gallinæ apologus, M. 594, 13; Fr. 14, 49. Felem Minervæ, proverb., Ps. 167, 25 *sqq.* Feli tuniculam *et* Non decet felem crocota, proverb., quoniam felis, numine Veneris mulier facta, tunicam crocotam induta, incursavit in murem, Ps. 170, 43 *sqq.*
Felix sinus, in quem effluit Pactolus flumen, Ps. 85, 31.
Felix, genius, Saturni et Entoriæ filius, M. 378, 49; *cfr.* Faustus.
Felix, Sullæ cognomentum, V. 565, 39.
Feminæ, cur minime, facillime senes inebrientur, M. 788, 23. Feminæ frigidioresne temperamento, an calidiores viris sint, M. 789, 31. An feminæ semen promittant, M. 1105, 40. Quomodo mares nascantur, quomodo feminæ, M. 1106, 14. De sterilitate feminarum, M. 1108, 1.
Fenestella, *cit.* V. 561, 44; M. 339, 6.
Fenestra, porta; Quæst. Rom. XXXVI, cur Romæ portarum una appellatur Fenestra, juxta quam est Fortunæ, qui vocatur thalamus, M. 337, 4.
Ferentina porta, Romæ; expiationes illic celebratæ, V. 38, 42.
Feretrius Jupiter, *vide* Jupiter.
Feretrum, de vocis origine, V. 31, 50.
Feriæ Latinæ, auctæ, V. 181, 47.
Ferrum, candens marmore induratur, M. 802, 11. Metallorum mutissimum, M. 879, 48. Candens in aquam intingitur, M. 1158, 26. Fibulas ferreas non aqua tingunt sed oleo, M. 1163, 29. Ferrum cur solummodo magnes attrahat, M. 1230, 26.
Ferula, Fr. 42, 6.
Festi dies, quomodo observati a Romanis, M. 333, 34; *cfr.* M. 346, 11. Cur festis diebus mos non esset nubere virginem, nuberent tamen viduæ, M. 356, 39.
Ficus, sacra Atheniensibus, M. 857, 16. Fulmine non tangitur, M. 832, 28; M. 807, 7. Ficui alligatus taurus ferocissimus quiscit, M. 777, 24; *cfr.* M. 848, 24. Ficus Ruminalis, V. 22, 24 *sqq.* Ficus Africæ, V. 420, 42. Ficus Atticæ, M. 205, 48. Ficus folium hieroglyphicis quid significet, M. 446, 33 *sqq.* Fici folia verna cornicis pedem referentia pestem denuntiant, M. 500, 41. Quid sit causæ, quod ficus amarissimi saporis arbor, dulcissimum producat fructum, M. 832, 19 *sqq.* Cur mactatæ carnes de ficu suspensæ mox teneriscant, M. 848, 14 *sqq.*; M. 845, 30; M. 846, 16; M. 853, 34. Ficus appetentes pulmoniaci mortis signum, M. 1124, 10. Ficum petis, proverb., Ps. 170, 3 *sqq.*
Fidenæ, Sabinorum urbs; Fidenates victi a Romulo Romam transferuntur, V. 32, 16 *sqq.* In urbem captam Romulus coloniam deducit, V. 38, 19 *sqq.*; V. 130, 21; V. 163, 8.
Fidentia, urbs, V. 560, 35.
Fides, dea; fanum a Numa conditum, juramentum, V. 84, 26.
Fides, *vide* Cithara.
Figura, quid, Ps. 111, 4 *sqq.* De Figuris versuum, Ps. 174, 39 *sqq.*
Fimbria, Flaccum occidit, V. 549, 12; V. 558, 11. Mithridatem victum Pitanæ obsidet et Lucullum hortatur, ut cum classe se adjuvet, quod ille vero non facit, V. 589, 19 *sqq.*; *cfr.* V. 455, 14; V. 693, 1. Quum apud Thyatira in Lydia Sulla ei castra apposuerit, militum cernens defectionem sibi ipse mortem consciscit, V. 558, 48 *sqq.*; *cfr.* V. 592, 111.
Firmani milites sub Catone Majore duce, V. 410, 31 *sqq.*
Firmus, Ebii Tolicis filius, M. 386, 1.
Firmus, affinis Plutarchi, Quæst. Conv. II, 3, M. 770 *sqq.* (persona dialogi).
Fistula canere illiberale, V. 230, 30. Fistula Gracchi, V. 984, 23.
Flaccus (Valerius), consul, *vide* Valerius.
Flaccus (Hordeonius), *vide* Hordeonius.
Flamines, sacerdotes quidam, etiam majores natu; vocis interpretatio, V. 76, 28 *sqq.* Apex, quem gestare flamines solebant, V. 358, 30. (*Vide etiam* Dialis flamen).
Flaminia via, Romæ, ratio nominis, M. 345, 21.
Flaminica, vocatur Junonis antistita apud Romanos, M. 351, 35.

Flamininus (Titus Quinctius). Vita ejus, V. 440, 38 *sqq.*

Statua ejus; indoles; primum stipendium; agro Tarentino et ipsi denique Tarento recepto præficitur, coloniis Narniam et Consam deducendis constituitur triumvir, V. 440, 38 *sqq.* Præteritis tribunatu plebis, prætura atque ædilitate, statim a populo consul factus, bellum adversus Philippum et Macedones sorte nactus est, V. 441, 17 *sqq.*; *cfr.* M. 238, 12. Consulatum adeptus quam primum cum L. Quinctio fratre legato et cum tribus millibus veteranis in Epirum trajicit, V. 441, 46. Ambitu neglecto et a pastoribus indicato Philippum circumvenit et in fugam vertit, V. 442, 26 *sqq.*; V. 443, 18 *sqq.* Iter per Epirum magna cum modestia et continentia facit, qua re Græcorum animos sibi conciliat, adjecta ipsius humanitate et facilitate, V. 443, 26 *sqq.* Græci Flaminino se adjungunt; Thebanos cum humanitate, tum metu sibi conciliat, Attalo etiam rege adhortante eos, V. 444, 9 *sqq.* Philippo legatos Romam mittente, ablegat quoque Quinctius obtinetque, ut imperium suum prorogetur; proinde in Thessaliam contendit nec procul Scotusa castra Philippo adversa ponit, V. 444, 30 *sqq.* Ad Cynoscephalas Philippum vincit, V. 445, 8 *sqq.*; *cfr.* V. 309, 20; V. 413, 8; V. 434, 33. Epigramma, quod Alcæi elegiis Ætolis faventis opponit, V. 445, 49 *sqq.* Pacem cum Philippo componit, V. 446, 28.

Impetrat a senatu, ut omnes Græciæ urbes præsidio liberentur; Isthmiis deinde celebratis per præconem Græciæ libertatem proclamat, V. 446, 51 *sqq.*; *cfr.* V. 435, 31; M. 238, 20. Quod præconium statim exsequitur, Philippi præsidiis omnibus ex urbibus deductis et cum Antiocho hac de re collocutus; Nemeis Argis celebratis, ludicro ipse præfectus iterum libertatem Græciæ confirmat; clypei argentei ipsiusque scutum cum inscriptione Delphis; aurea Apollini dedicata ab eo corona cum inscriptione, V. 448, 29 *sqq.* Nabidem quum capere possit, pacificationem præfert, seu Philopœmenis offensus honoribus, seu aliam ob causam (*cfr.* V. 435, 29); inter alios honores ab Achivis ei decretos hoc erat ei carissimum, quod mancipia Romana in prœlis contra Hannibalem capta Achæi redempta navigaturo jam ei tradunt, V. 449, 24 *sqq.*; *cfr.* M. 238, 22. Post Antiochi in Græciam trajectum Flamininus legatus M. Acilio additur, qui Græcas urbes a defectione averlat; omnes ei conciliantur, exceptis Ætolis paucisque ab his corruptis, quin et Ætolos ipsos post victoriam partam tutatur, Naupactum a vastatione servat, V. 450, 23; *cfr.* V. 409, 32; V. 548, 45. Chalcidem quoque, cui Acilius propter Antiochi nuptias maxime irascebatur, precibus obtinet, ut integram relinquat; inter alios ei a Chalcidensibus habitos honores sacerdotium memorandum; pæan, quem post rem divinam factam canunt in Titum conscriptum, V. 451, 8 *sqq.*

Variæ narrationes Flaminini mansuetudinem et facetias testantes, V. 451, 38 (*cfr.* Apophthegmata, M. 238, 12 *sqq.*). Censor cum Marcello factus Scipionem Africanum principem senatus legit; inimicitias cum Catone ob Lucium fratrem senatu pulsum suscipit, V. 452, 19 *sqq.*; V. 453, 5 *sqq.*; *cfr.* V. 413, 33 *sqq.* Ætate jam provectior multas in reprehensiones incurrit, maximam offensionem jam antea ex Hannibalis morte ab eo flagitata cepit, V. 453, 36 *sqq.*; V. 454, 29 *sqq.*

Apophthegmata, M. 238, 12 *sqq.*; *cfr.* V. 451, 38 *sqq.*; V. 426, 45 (in Philopœmenem).

Flamininus (Lucius Quinctius), Titi frater ejusque legatus, V. 441, 46. A Catone censore senatu movetur, quod inter convivium in amasii gratiam unum de damnatis interfecerat; postmodo ludis quibusdam multitudo miseratione mota honores ei restituit, V. 452, 19 *sqq.* *usque ad* V. 453, 35; *cfr.* V. 413, 33 *sqq.*

Flaminius circus, Romæ; ratio nominis, M. 345, 17; V. 617, 39.

Flaminius (C.) Nepos, consul Insubres fundit et triumphat; religionis causa magistratum abjurare cogitur, V. 357, 34 *sqq.* Magister equitum dictus a Minucio dictatore propter soricis occentum abrogatur, V. 358, 35. Homo natura ferox et ob res magnas præter opinionem bene gestas elatus (V. 209, 7), ominibus et consiliis spretis Hannibalem aggressus apud Trasimenum lacum vincitur et ipse occidit, V. 209, 22 *sqq.*

Flavianus, persona Amatorii libri, M. 914. De familia ejus, M. 915, 14.

Flavius Flaccus, senator, Tib. Graccho concionanti renuntiat divites statuisse Tiberium interficere, V. 993, 30.

Flavius, tribunus militum sub Marcello; egregium ejus facinus, V. 374, 16.

Flavius, cum Marullo tribunus plebis, quod qui Cæsarem regem salutaverint, in carcerem abduxerat, magistratus ei abrogatur, V. 879, 5 *sqq.* Legatus M. Bruti occidit ad Philippos, V. 1201, 47.

Flavius Gallus, in exercitu Antonii contra Parthos militantis, V. 1115, 51; V. 1116, 26.

Flavius Sabinus, Vespasiani Imperatoris frater, urbi præfectus ab Othone, V. 1272, 38.

Flora, meretrix, consuetudinem habet cum Pompejo Magno; pictura ejus in templo Castoris, V. 739 3 *sqq.* *cfr.* V. 771, 49.

Florentia, Lucii Troscii filia, vitiata a Calpurnio Romano et ab eo empta, Contruscum parit, M. 384, 10.

Florus, dialogi persona, M. 788, 23.

Fluviorum et montium de nominibus, Ps. 80, 4 *sqq.*

Focus est ara deorum, *etc.*, Fr. 30, 48.

Fodiendi lex Solonis, V. 109, 13 *sqq.*

Fodii, olim dicti, qui post Fabii, V. 208, 8.

Fœneratorum acerbitas Romæ, V. 257, 37 *sqq.*

Foenus levatum a Cæsare, V. 865, 41.

Fœniculo draco aciem obtusam sibi restituit, M. 1192, 14.

Fœtus, in utero an sit animal, M. 1108, 35; quomodo alatur fœtus, M. 1109, 3; *cfr.* M. 600, 10 *et* M. 1288, 11; quid primum in utero absolvatur, M. 1109, 15; cur fœtus, qui septimo mense in lucem editur, vitalis sit, M. 1109, 23.

Fons Midæ, cur antiquitus diceretur Marsyas, fluvius Phrygiæ, Ps. 88, 3 *sqq.*, *ibid.* 19.

Fons, a dracone custodita, Ps. 81, 8.

Fontejus, in Germania necatus a Fabio Valeate, Galbæ Imperatoris jussu, V. 1262, 29.

Fontejus Capito, missus in Syriam ab Antonio, Cleopatræ adducendæ causa, V. 111, 50.

Formica, M. 957, 31; M. 1012, 12; M. 1123, 43; M. 1184, 13 *sqq.*; *ibid.* 48; M. 1192, 18.

Fornicalia, festum Romanum, M. 352, 20.

Fors Fortuna (Αὐτοματία), dea, V. 803, 35; M. 656, 32.

Fortitudo, cur generis sit appellatio, quæ unius speciei erat, V. 256, 13.

Fortunam diei, quo vicerat Cimbros, dedicaturum se vovet Catulus, V. 501, 30. Quæst. Rom. LXXIV, cur Parvæ Fortunæ, quam Brevem vocant, fanum Servius Tullius dedicavit; templa Fortunæ Bonæ Spei, Averruncæ, Blandæ, Primigeniæ, Virilis, Conversentis, Bene Sperantis, Virginis, Viscatæ, M. 347, 15. Templa Romæ, Primigeniæ in Capitolio et Obsequentis a Servio Tullio posita (M. 396, 36); Privatæ in Capitolio (*ibid.* 42); Viscosæ (*ibid.* 43); Virginis ad fontem, qui Muscosus dicitur (*ibid.* 46); Versantis in Abescymis (*ibid.* 47); Bonæ spei ara in Longo Angiportu, M. 396, 48.

Masculæ F. sacellum apud aram Veneris Epitalariæ, M. 396, 49. Quæst. Rom. CVI, cur Fortunam Primigeniam Romani venerantur, M. 357, 1. Primus Virilis Fortunæ templum dedicavit Romæ Ancus Marcius rex, M. 391, 47; *cfr.* M. 396, 21. Muliebris Fortunæ templum constitutum a matronis in memoriam victoriæ, quam mulieres de Coriolano obtinuerant, V. 277, 25; *cfr.* M. 391, 51 *et* M. 396, 24. Fortunæ thalamus Romæ juxta Fenestram portam, M. 337, 6. Fortunæ fanum trans Tiberim, V. 1183, 49; *cfr.* M. 392, 14 (Fortunæ Fortis fanum in hortis Cæsarianis). Fortunæ pictura, M. 390, 33. De Fortuna Homeri sententiæ, Ps. 133, 16 *sqq.*; *cfr. etiam* Fors Fortuna.

Fortuitæ casuum fanum Syracusis positum a Timoleonte, M. 656, 32.

Fortunatæ insulæ, *vide* Atlanticæ insulæ.

Forum boarium, Romæ, V. 357, 30; M. 350, 14. Græcorum forum Romæ, M. 1191, 13.

Fossa Mariana, V. 493, 46. Fossæ Cloëliæ, V. 272 24.

Francis subditi Britanniæ incolæ, Fr. 20, 43.

Fregellæ, Latii oppidum, V. 376, 22. Fregellana conjuratio, V. 997, 28.

Frentani, populus Italicus, V. 469, 26.

Fructuum venditio Solonis legibus prohibita præter oleum, V. 109, 33.

Frumentariæ legis defensione Cicero Pompejo restituit imperium, V. 769, 37.

Fufidius, ex Sullæ asseclis, V. 564, 6. Bæticæ præfectus superatur a Sertorio, V. 684, 52.

Fuga plebis, V. 42, 43.

Fulcinia, C. Marii mater, V. 485, 31.

Fulmine ictum sepulcrum, V. 70, 29. Fulminis expiatio, V. 84, 6 *sqq.* De fulmine afflatis religio, V. 480, 15. Mithiridatis infantis cunas fulmen incendit, rursus illo dormiente fulmen in domicilium incidit, M. 755, 31 *sqq.* Fulmine percussa corpora, M. 808, 10 *sqq.* Cur dormientes fulmine non feriantur, M. 808, 39 *sqq.* Fulmen sacrum cur habeatur, M. 834, 3. De fulminibus placita philosophorum, M. 1090, 8 *sqq.*

Fulvia, Ciceronem monet ut sibi a Cethego et Marcio caveat, V. 1036, 19.

Fulvia, primum Clodii tribuni plebis, postea Antonii uxor, V. 1098, 2 *sqq.* Postquam discordias in Italia movit, fugiens Sicyone mortua est, V. 1108, 24, 32, 39.

Fulvia, V. 861, 28 (?).

Fulvius Stellus, ex equa filiam, Eponam dictam, gignit, M. 384, 34.

Fulvius (Cn.), proconsul in Apulia ab Hannibale victus et interfectus, V. 372, 34.

Fulvius (Q.), dictator dictus in secundo bello Punico, V. 373, 6. Consul Capuam recipit, V. 228, 12.

Fulvius, tribunus plebis, V. 441, 21. Consularis vir Tib. Gracchi temporibus, V. 989, 18. Tribunus plebis cum C. Graccho (*cfr.* V. 995, 38), et collega ejus ad divisionem agrorum electus; ingenium et instituta ejus; suspicio de cæde Scipionis minoris, V. 1001, 6 *sqq.*; V. 1002, 40. Consul bellum in Gallia gessit, V. 1003, 50. Postquam Opimio senatusconsultum factum, u. v. n. q. r. d. c., ipse turbam hominum conducit et Aventinum occupat, V. 1003, 33, 49. Suasu C. Gracchi filium minorem in forum cum caduceo mittit, qui consulem et senatum de pace compellat, quo in carcerem conjecto, pugna conseritur, Fulvius fugiens cum filio majore jugulatur, V. 1004, 23 *sqq.* Minor quoque filius post pugnam necatur, V. 1005, 35.

Fulvius, Augusti Cæsaris amicus, propter verba hujus, quæ communicaverat mulieri, illa Liviæ mortem sibi consciscit, M. 614, 40 *sqq.*

Fundanus, Romanus quidam, Plutarchi æqualis, M. 562, 23. Persona disputationis de cohibenda ira, M. 549, 1 *sqq.*

Funebris lex Solonis, V. 101, 5; *cfr.* V. 107, 44, *ibid.* 50. Numæ de funeribus et de luctu leges, V. 80, 28 *sqq.* Funebrium orationum initium, V. 121, 34 *sqq.* Græci profanos habebant, quibus factum fuerat funus tanquam mortuis, M. 326, 48. Cur parentes efferant filii velatis capitibus, filiæ nudis capitibus, sparsisque crinibus, Quæst. Rom. M. 329, 23. Cur quæ ad funera pertineut, in templo Libitinæ vendant, Quæst. Rom., M. 332, 6. De funere Patrocli, M. 774, 2 *sqq.* Funebria certamina Homerus primus monstravit, Ps. 156, 9. In funebribus epulis laudationes solitæ, Ps. 169, 53 *sqq.* (*vide etiam* Sepultura).

Furcifer, Quæst. Rom. LXX, M. 346, 16.

Furiæ, Ps. 87, 40; Ps. 95, 17; Ps. 98, 8.

Furii, de familia, V. 154, 28.

Furius *vide* Camillus.

Furius (L.), tribunus militum cum Camillo, V. 177, 50 *sqq.*; V. 178, 39.

Furius (L.), Camilli filius, V. 176, 11.

Furius, consul cum C. Flaminio, V. 357, 37.

Furius, Varini legatus, victus a Spartaco, V. 654, 19.

Furnius, orator Romanus, V. 1124. 47.

G.

G littera, a Spurio Carbilio ceteris litteris apud Romanos usitatis adjicitur, M. 342, 21.

Gabena, regio Persidis, V. 706, 19.

Gabii, Latii oppidum, M. 394, 7.

Gabina via, apud Romam, V. 172, 15.

Gabinius (Aulus), tribunus militum, sub Sulla, V. 552, 31; V. 553, 29. Asseclarum Pompeji princeps, legem fert de imperio Pompejo decernendo ad bellum contra piratas, V. 753, 18 *sqq.* (*cfr.* V. 752, 14 — V. 753, 18). Lex contra Pisonem, V. 754, 43. A Cæsaris et Pompeji factione consul constituitur, V. 925, 18; *cfr.* V. 768, 40; V. 1045, 6; V. 1046, 5. Expeditio ejus in Syriam, V. 1093, 25. Exercitibus in Italia relictis a Cæsare præficitur cum Antonio, V. 1096, 16, 18.

Gaditanus fretus (Γαδειραῖος πορθμός), V. 682, 24.

Gæsatæ, gens Gallica, V. 357, 9; V. 358, 46.

Gæsylus, Spartanus, missus Syracusas ab Heraclide, hunc Dioni reconciliat, V. 1168, 28 *sqq.*

Galata, mons in Phocide, prius Acrurius mons dictus, V. 903, 9.

Galatarum mulieres inter lavandum edunt, M. 895, 21; V. 609, 43. Galatis sunt in usu sacrificia hominum, M. 203, 24.

Galatia, V. 505, 19; V. 756, 30; V. 759, 42.

Galaticæ mulæ, M. 634, 9.

Galaxidorus, Thebanorum exsulum unus, qui redierunt cum Pelopida, M. 700, 24; M. 701, 37.

Γαλάξιον τῆς Βοιωτίας, M. 498, 48.

Galba (Serv), inimicus Æmilii Pauli, non esse concedendum ei triumphum in concione contendit, V. 324, 18; V. 325, 21. Accusatur a Catone Majore, V. 412, 2.

Galba, Sullæ legatus, V. 553, 34. Prætorius vir a Cæsaris militibus interficitur (*idem?*), V. 873, 19.

Galba (Sulpicius Servius). Vita ejus, V. 1255 *sqq.*

Status rerum Romanorum post Neronis mortem, V. 1255, 1 *sqq.* Nymphidius Sabinus promissione facta militibus persuadet, ut Galbam imperatorem creent, V. 1255, 44 *sqq.* Galba et opulentissimus et magni nominis ob nobilitatem gentis Serviorum, præterea ad Catulum pertinebat, Liviam quoque Augusti uxorem cognatione tangebat, qua opera dante, consul ex Palatio progressus

erat; præfuerat exercitui in Germania, proconsul Africam gubernaverat; frugalitas ejus, V. 1256, 14 *sqq.*

Missus a Nerone ad regendam Hispaniam gratus hominibus octavum jam annum provinciæ præerat, quum Junius Vindex Galliæ præfectus contra Neronem insurgit, V. 1256, 28 *sqq.* Jam antea ferunt litteras de defectione allatas ad Galbam a Vindice, qui manifestum quidem parans bellum ad eum scribit, hortans, ut imperium suscipiat; deliberatione instituta Galba diem indicat, quo libertates singulatim petentibus sit daturus; in concione imperator salutatus se solum legati senatus populique Romani nomen accipere dicit, V. 1256, 42 *sqq.* Verginium Rufum, qui Vindicem vicerat, per litteras hortatur, ut sibi socium se adjungat, V. 1258, 6. Ab Icelo liberto et a Vinio nuntius affertur Galbæ, Imperatorem se dictum, Neronem mortuum esse, V. 1258, 13 *sqq.* Verginius exercitui persuadet, ut Galbam Imperatorem pronuntient, ipse Flaccum Hordeonium, successorem sibi missum, admittens Galbæ accedenti occurrit, V. 1259, 40 *sqq.* Galbam apud Narbonem missi a senatu Romano legati conveniunt; Neroniana supellectili, quam Nymphidius ei miserat, primum non utitur, mox autem Vinius ei persuadet, ut civilem simplicitatem exuat, V. 1260, 18 *sqq.* Nymphidio Sabino mortuo (V. 1260, 54 — V. 1262, 17), Galba reliquos qui conspiraverint, interfici jubet, in his Cingonium Varronem et Mithridatem Ponticum; porro Clodium Macrum in Africa, in Germania Fontejum necat; ob Petronii vero Turpiliani interfectionem maximas in reprehensiones incurrit, V. 1262, 18 *sqq.* Romam contendenti Galbæ remiges offendunt, qui justi milites facti a Nerone, jus militiæ confirmari sibi volunt; intempestivius urgentibus Galba equitatum immittit et per cadavera, malo omine usus, in urbem intrat, V. 1262, 34 *sqq.* Ad parsimoniam ostentandam aberrans a decoro male audit, præsertim ob inquisitionem institutam in eos scenicos et xysticos, qui dona a Nerone acceperant; contra Vinius senem imbecillum occupans omnia prodige et accipit et vendit, V. 1263, 1 *sqq.* Supplicio Neronianorum, quorum improbos Galba necari jubet, Tigellinus a Vinio, donis datis, eximitur, V. 1263, 24 *sqq.* Unde factum est, ut et quæ juste agerentur, in reprehensiones incurrerent, ut Gallis remissum tributum et civitas donata; milites indignabantur, quod donarium promissum non persolveretur, maxime autem validæ in Germania legiones ad defectionem inclinabant, V. 1264, 3 *sqq.* Similia de legionibus Tigellino subditis audiens Galba sibi metuens de successore adoptando meditatur, V. 1264, 33 *sqq.* Deliberanti T. Vinius M. Othonem commendat, Galba rem differt, V. 1265, 41 *sqq.*

Adhuc cunctantem Germanicorum militum defectio occupat, qui Vitellium Imperatorem declarant, V. 1266, 3 *sqq.* Galba adoptionem jam non differendam esse sentiens, subito nulloque ea de re facto verbo Pisonem accit et deductum in castra successorem designat; omina iniqua, V. 1266, 51 *sqq.* Othonis autem rem ægre ferentis amici seditionem parant; sexto die Galbæ rem divinam in Palatio facienti haruspex magnum indicat periculum; simul Otho domum vocatur, V. 1267, 16 — V. 1268, 8. Postquam de militum defectione Galbæ renuntiatum est (V. 1268, 9 *sqq.*) in forum progreditur, falso rumore increbrante, Othonem in castris cæsum esse; hic milites Othoniani irruentes senem ejusque socios jugulant, V. 1268, 30 — V. 1269, 51. Corporum mortuorum indigna laceratio, V. 1270, 19 *sqq.*

Galepsus, Macedoniæ urbs, V. 320, 1.

Galerita (κόρυδος), Lemniis honorata, M. 465, 21; *vide etiam* Cassita.

Galli, Celtici generis, propter patriæ inopiam alii ad Rhiphæos montes, alii inter Pyrenæos montes atque Alpes emigrasse traduntur; hos proximos, vino gustato, furore compulsos Italiam contendisse dicunt, Arunte Etrusco duce, V. 162, 1 *sqq.* Prima in Italiam facta irruptione regionem, quam Etrusci antea tenebant, ab Adriatico mari ad mare Etruscum pertinentem occupavere, V. 162, 35.

Clusium Etruriæ urbem oppugnant; legati Romani, cum Gallorum regem a pacificatione alienum intellexerint, cum Clusinis simul in aciem contra Gallos exeunt, quorum uno, Fabio Ambusto, agnito, Brennus Clusinis omissis exercitum Romam ducit Fabiumque sibi ad supplicium dedi poscit, V. 162, 48 *sqq.* Pugna ad Aliam fluvium, V. 164, 1 *sqq.*; *cfr.* M. 398, 45 *sqq.* Secundum Aliensem pugnam Romani urbe relicta Capitolium telis et munitionibus firmant, V. 165, 41 *sqq.* Sacerdotes senesque triumphales et consulares sacris induti vestibus, se ipsos pro patria diis devoventes, in foro hostes exspectant, V. 166, 45. Galli urbem occupant, Capitolium custodia cingunt, senes in foro sedentes interficiunt, urbem diripiunt et impetu facto in Capitolium repulsi hanc ob rem irati incendunt urbem, V. 166, 53. Gallorum agmen, quod populandi causa Ardeam petit, noctu opprimitur a Camillo, V. 167, 49. Pontii Cominii vestigiis deprehensis Gallorum promptissimi per mediam noctem Capitolium ascendunt jamque primi in summo erant, quum anseres sacri Romanos somno excitant, quorum primus Manlius hostes proturbat, V. 169, 52 *sqq.*; *cfr.* M. 398, 45 *sqq.*; M. 354, 30. Cum Capitolii obsidio septimum jam in mensem produceretur, inter utrosque transactum est, ut Galli acceptis auri pondo mille, statim ex urbe et regione Romana decederent; mala Gallorum fides in ponderando, Brenni insultatio, unde altercatio oborta; Camillus superveniens pactionem rescindit; postero die Galli prœlio acri sunt fusi et plerique trucidati, V. 170, 53 *sqq.*; V. 171, 42 *sqq.* Occupatam habuerant urbem Galli inde ab Idibus Quintilibus ad Idus Februarias, V. 172, 23. Hoc in bello antiquos temporum commentarios Romanos Clodius dicit periisse, V. 71, 4. Polybii relatio de pace Gallis cum Camillo pacta, M 400, 17.

Altera invasio Gallorum profectorum ab Adriatico mari; ad Anienem fluvium a Camillo confliguntur, V. 179, 47 *sqq.*

Gallicum bellum post primum bellum Punicum; apparatus et sacrificia Romanorum, V. 357, 3 *sqq.* Narratio hujus belli, V. 357, 34 *usque ad* V. 360, 18. Duo Galli in foro Boario defodiuntur, V. 357, 30.

De Gallorum victoria Pyrrhi epigramma, V. 477, 39 *sqq.* Gallorum avaritia, V. 477, 50. Galli inter auctores Servilis belli, V. 653, 31. Galli deficiunt a Cæsare, V. 858, 18 *sqq.* Cæsi, *ibid.* 39 *sqq.* Altera defectio, *ibid.* 45 *sqq.*

Galli sacerdotes Matris deorum, Ps. 89, 26. Gallos in Magnæ Matris sacris delinquentes flagello nodoso puniunt, M. 1378, 51.

Galliæ, quæ Pado adjacet, Sertorius quæstor, V. 679, 44. Gallia utraque Cæsari decreta, V. 768, 36; *cfr.* V. 851, 51. Galliæ Cisalpinæ M. Brutus præfectus, V. 1176, 19. Gallia Celtica, Ps. 84, 32.

Gallina, postquam ovum edidit, festuca adhibita sese lustrat, M. 853, 15. Gallinæ et felis apologus, M. 594, 13; M. 599, 4. Gallina priusne fuerit an ovum, M. 770, 14.

Gallus ab Ægyptiis Anubi immolatur, M. 459, 16; M. 1212, 30. Cur super Apollinis manu depingeretur, M. 488, 30. Leonis adversum gallum odium, M. 550, 5; M. 1201, 23. Galli sub auroram coire solent, M. 794,

49. Gallus si gallum conscendat, vivus comburitur ex auspicum præcepto, M. 1212, 30. Gallus gallinaceus adspici non potest a Berii ex fratre nepote, Fr. 12, 23; Fr. 14, 49.

Gallus (Cornelius), cum Proculejo mittitur a Cæsare, qui Cleopatram vivam capiant, V. 1135, 47.

Gamelion mensis, M. 1035, 44. Illo mense aguntur Lenæa, Fr. 26, 19.

Gandaritæ, populus Indiæ, V. 834, 51; M. 401, 35 (Gandridæ?).

Ganges, Indiæ fluvius, V. 834, 45; V. 835, 4. De fluviis et montibus IV, Ps. 83, 1 *sqq.* (Unde ita sit dictus, *ibid.* De herba, qua tigridum latibula circumlinunt, *ibid.* 9 *sqq.* De monte Anatole adjacente, *ibid.* 15 *sqq.*).

Ganges, filius Indi et Calauriæ, cum matre concumbit per inscitiam, re reperta se ipsum conjicit in fluvium Chliarum, qui ab eo Gangis nomen assumpsit, Fr. 83, 1 *sqq.*

Ganyctoris Naupactii filii, Hesiodum interficiunt, M. 1186, 42 *sqq.* *cfr.* M. 192, 33 *sqq.*; M. 1204, 51.

Ganymedes, pater Ballenæi; Ballenæum festum in ejus honorem institutum, Ps. 89, 39 *sqq.*

Garætium, castellum apud Massylos, M. 383, 7.

Garaunus, Rhoxanis satrapa, solus ex omnibus Persis trecentesimum annum attigit, et magnifice sepultus est in monte ab eo nominato, Ps. 99, 30 *sqq.*

Garaunus, mons Tigridi fluvio adjacens, a priore nomen duxit, cum antea Mausorus diceretur, Ps. 99, 30 *sqq.*

Gargarus, mons Troadis, cur Ide postea sit nominatus, Ps. 90, 14.

Gargettus, vicus Atticæ, V. 6, 33.

Garmatho (Argantho?), Ægyptii regina, mater Chrysochoæ vel Nili, Ps. 91, 45 *sqq.*

Garrulitate (de) disputatio, M. 607, 34.

Gaugamela, Assyriæ urbs; vocis interpretatio, V. 814, 48. Pugna ad Gaugamela, V. 816, 26 *sqq.*

Gaza, maxima Syriæ urbs, V. 417, 49; V. 810, 11; M. 401, 30. Victoria Ptolemæi de Demetrio Poliorceta, V. 1063, 45.

Γεδόντες, tribus Attica, V. 109, 11.

Gedrosia, Persiæ provincia, V. 837, 40; V. 838, 8; M. 403, 25; M. 1149, 53.

Geganïa, una ex primis Vestalibus a Numa constitutis, V. 79, 16.

Gegasius, a quo genus ducit Porus rex Indiæ, Ps. 80, 41.

Gela, Siciliæ urbs, V. 578, 13; M. 730, 44. Post bellum Atticum a Carthaginiensibus eversa, Timoleontis auguriis incolis instauratur, V. 302, 48; V. 1156, 14.

Gelæ, populus ad Caucasum habitans, V. 761, 5.

Gelanor, rex Argivorum a Danao ejectus, V. 483, 2.

Gellianus, Nymphidii præfecti aulæ sub Nerone amicus, V. 1259, 38; V. 1260, 54.

Leontini, Siciliæ urbs, V. 283, 1; urbem vi capit Marcellus, V. 364, 20; *ibid.* 29. Pyrrho se dedunt, V. 874, 6. Leontini legati Athenienses ad expeditionem Siciliensem exhortantur, V. 634, 24; V. 1163, 18; *ibid.* 28.

Leontis, tribus Atheniensis, V. 133, 31; V. 383, 36; M. 760, 34.

Leontis, mulier Plutarchi æqualis, M. 300, 24.

Leontium, Epicuri amica, M. 1332, 51; M. 1342, 26; M. 1380, 36.

Leontocephalum, Phrygiæ urbs, V. 152, 3.

Leoprepes, Simonidis poetæ pater, M. 959, 2.

Leos, Agnusius, caduceator Pallantidarum, qui horum consilia ad Thesceum defert, cujus proditionis causa ajunt Pallenensium tribui cum Agnusiis connubium non esse, neque pronuntiari apud illos, quod ex more est: Ἄκουε λεώ, V. 6, 34.

Leosthenes, dux Atheniensis, Lamiacum bellum conflat, Bœotos prœlio superat, Antipatrum Lamiam compellit, vulnere accepto occidit, V. 896, 54 *sqq.*; *cfr.* V. 457, 23; V. 1024, 36; V. 1035, 22. Hyperidis et Demosthenis usus amicitia, V. 888, 43; V. 1058, 47; M. 589, 42. Phocionis dictum, V. 285; 26; *cfr.* M. 226, 33. Ipsius de Macedonum exercitu dictum, M. 412, 44. (*cfr.* Demadis Apophthegm.).

Leotychides, quem primum vocat Plutarchus. Apophthegmata, M. 275, 34.

Leotychides, Aristonis (Menaris?) filius, rex Spartæ, Aristomedem et Angelum Thessalorum tyrannos dejicit, M. 1047, 18; *cfr.* V. 146, 30 (in Timocreontis carmine).

Apophthegmata, M. 275, 46 *sqq.*; V. 56, 19 (εἰ τετράγωνα παρ' αὐτοῖς ξύλα φύεται; *cfr.* M. 279, 35).

Leotychides, Agidis regis filius, qui vero in suspicione erat Alcibiade natus esse et ideo, etsi ab Agide morituro filius pronuntiatus, rex constitutus non est, V. 243, 38, *ibid.* 49 (*cfr.* V. 532, 25 *sqq.*; V. 789, 48; V. 711, 49 *sqq.*). Ejectus ab Agesilao, V. 712, 39; V. 789, 48; V. 790, 24.

Leotychides, Spartanus, Chilonidis pater, V. 478, 14.

Lepida, Scipioni Metello nupta, V. 909, 31 *sqq.*

Lepidus (M. Æmilius), Pompeji opera, Sulla invito (*cfr.* V. 746, 33; V. 790, 2), consul creatus, statim ut Sulla vaticinatus erat, Pompejanis partibus bellum facit, V. 565, 53, *sqq.* Sullæ cadaver justis funeribus prohibere conatur, V. 567, 54. Post Sullæ mortem ejus potentiam sibi vindicans multas Italiæ partes citeriorenque Galliam Bruti exercitu obtinet; Pompejo Mutinam obsidente, ad Romam ducit, interfecto vero Bruto pulsus ex Italia in Sardiniam profugit, ubi morbo implicitus diem obit, V. 747, 18 *sqq.*

Lepidus (M. Æmilius), prioris filius, de Julii Cæsaris partibus; Romam ei tradit Cæsar in Hispaniam adversus Pompejanos profecturus, V. 1095, 53. Collega consulatus tertii assumptus a Cæsare, V. 1097, 48; V. 880, 19. Post Cæsaris cædem celatur, V. 882, 40. Exercitum ejus in Gallia Transalpina Antonius ad se perducit, V. 1101, 29 *sqq.* Fœdus inter ipsum, Antonium, Octavianum initum, conditiones fœderis, V. 1102, 9 *sqq*; *cfr.* V. 1055, 13; V. 1108, 47 (Africa ei concessa); V. 1188, 7. In proscriptione Paulum fratrem prodit, V. 1055, 28. Romæ relinquitur ab Antonio et Cæsare in Macedoniam profecturis, V. 1103, 18. Magistratu dejectus ab Octaviano, V. 1122, 19.

Lepidus (Paulus Æmilius), M. triumviri frater, quo concedente proscribitur, V. 1055, 28; *cfr.* V. 1102, 22.

Leptines, Dionysii Majoris frater, V. 1147, 16. Alteram filiam Philisto despondit, V. 1148, 25; *cfr.* V. 291, 20.

Leptines, Syracusanus, Callippi Atheniensis socius et percussor, V. 1172, 45; *cfr.* M. 429, 44.

Leptines, tyrannus Apolloniæ urbis in Sicilia, dejectum a Timoleonte et Corinthum missus, V. 296, 39.

Leptines, Glauci pater (ex Archilocho), Ps. 79, 40.

Leptis, urbs ad Syrtim sita, M. 1203, 52. Ritus incolarum ad nuptias pertinentes, M. 169, 46.

Lepus, omen, M. 267, 25; *cfr.* M. 282, 26. Leporum esu abstinent Judæi, M. 814, 50. Picto leporis auriculo Ægyptii in suis sacris litteris auditum significant, M. 815, 11. Leporum fecunditas, M. 1010, 47. In catulorum custodia astutia, M. 1189, 1.

Lepus marinus a nullo necatur, M. 1204, 4.

Lerna, Argolidis regio cum lacu, V. 967, 49; V. 1246, 4. Lernea hydra, V. 471, 37.
Lesbus, insula; oraculum conditoribus datum, M. 193, 22. Honores Alcibiadi Olympiæ habiti a Lesbiis, V. 235, 5. Legatos de defectione Spartam mittunt, V. 243, 54. Lesbus capta a Pachete, V. 629, 6. Lesbii citharœdi, M. 1385, 32. Lesbius Prylis, proverb., Ps. 167, 13. Post Lesbium cantorem, proverb., quid velit, Ps. 171, 29 *sqq.*
Lesche, loci nomen Spartæ, V. 58, 49. Λέσχαι Lacedæmoniæ, V. 65, 27.
Lesches, *cit.*, M. 182, 36 (de Homeri et Hesiodi certamine).
Λήθη, M. 480, 43. Λήθης ara in communi Neptuni et Minervæ templo Athenis, M. 904, 25.
Λήθης locus in Thespesii viso, M. 684, 7.
Λήθης ποταμός, *vide* Oblivionis fluvius.
Leucades petræ, M. 315, 5; M. 292, 16; *cfr.* Ps. 166, 16.
Leucadia, peninsula Græcis habitanda data a Periandro, M. 668, 36. Colonia Corcyræorum et Corinthiorum, V. 148, 5.
Leucaria, mater Romæ, V. 20, 45.
Leucaspides, Antigoni milites, V. 972, 54.
Leucippa, Minyæ filia, sororibus furore correptis Hippasum filium discerpendum tradit; de nominibus Ὀλεῖαι et Ψολόεις, M. 369, 17.
Leucippa, mater Ægypti ex Vulcano, Ps. 91, 36.
Leucippidum (τῶν Λευκιππίδων), templum Lacedæmone, M. 372, 28.
Leucippus, Polycrithi architecti filius, interfectus lapidis jactu a Pœmandro Tanagræo, M. 369, 5.
Leucippus, Abderita, philosophus, *cit.*, M. 1077, 6; M. 1081, 37; M. 1092, 45 (de figura terræ); M. 1093, 10 (de inclinatione terræ); M. 1098, 26 (de sensibus); M. 1105, 33 (de semine); M. 1106, 32 (quomodo mares nascantur, quomodo feminæ); M. 1112, 28 (de somno et morte).
Leuco, heros Platæensis, V. 388, 32.
Leuco, Ponticus, M. 1276, 11 (ex Chrysippo).
Leucoium flos, in Myeno fluvio crescens statim marcescit, pronunciato novercæ vocabulo, Ps. 48 *sqq.*
Leucomantis, quæ in Cypro Paracyptusa appellatur, M. 937, 2.
Leuconia, urbs Chii insulæ, colonia Chiorum, M. 302, 30, 44.
Leuconoe, demus Atticus, M. 1032, 30.
Leucophyllus virga, nascitur in Phasi fluvio; quomodo inveniatur et circa thalamum virginalem jacta alienet mente impuros accedentes, Ps. 83, 36 *sqq.*
Leucothea, infantem defunctæ vita sororis educavit et secum inter deos retulit; feriæ Romanæ Leucotheæ, quam Matutam nominant, M. 596, 43 (*cfr.* Juno Leucothea et Matuta). Ritus sacrorum, V. 156, 40; M. 281, 18. Pactoli ex Jove mater, Ps. 85, 24.
Leuctra, Thespiensis regionis exiguus vicus, M. 945, 12. Victoria Thebanorum ad L., V. 164, 52; V. 344, 42.
Leuctra, oppidum Arcadiæ in ditione Megalopolitarum, V. 963, 2.
Leuctrides, Scedasi filiæ, a sepulcro in Leuctrico campo nominatæ; fabula de Leuctridibus, V. 344, 45; 345, 47.
Leuctrum, maritimum oppidulum in Laconico, V. 345, 2.
Leuctrum, locus apud Megalopolim Arcadiæ, V. 345, 3.
Leucus, fluvius Macedoniæ prope Pydnam, V. 315, 15.
Leutychidas, V. 146, 30 (*cfr.* Leotychidas).
Levitæ, Judæorum, unde dicti, M. 816, 25.
Liberalia, Romæ, V. 875, 50; M. 381, 49 (*cfr.* Bacchus).
Liber Pater, *vide* Bacchus.
Libethra, Macedoniæ urbs, V. 801, 36.
Libitina, quæ dea mortuorum justa curat, sive Proserpina sit, sive Venus, V. 80, 33. Quæst. Rom. XXIII, cur, quæ ad funera pertinent, in templo Libitinæ vendunt, quam eandem esse cum Venere censent, M. 332, 6.
Libo (L. Scribonius), Pompejanus, classis præfectus, V. 1096, 21.
Liburnides naves, V. 1129, 25.
Libya, *vide* Africa.
Libys, Spartanus, V. 951, 23.
Libyssa, pagus Bithyniæ, ubi mortuus est Hannibal, V. 454, 8.
Lichas, ab Hercule in mare projectus, M. 1299, 14.
Lichas, Spartanus celeber, quod peregrinos ludis gymnicis hospitio exciperet, V. 579, 22; *cfr.* M. 1004, 50.
Licinia, virgo Vestalis, incestus convicta, simul cum Marcia et Æmilia vestalibus viva defoditur, M. 350, 32.
Licinia, P. Crassi filia, C. Gracchi uxor, V. 995, 8. Verba facit ad maritum extremo die discedentem, M. 1004, 2 *sqq.* Post Caji mortem dote etiam privatur, V. 1003, 34.
Licinia, virgo Vestalis, incestus accusata cum P. Crasso, V. 648, 27.
Licinius (P.) Stolo Calvus, consul cum C. Sulpicio, M. 357, 14.
Licinius (C.) Stolo Calvus, tribunus plebis, rogationem fert, ut duo consules creentur, quorum alter e plebe sit; Camillus dictator creatus magistratu se abdicat; dictator substitutus Licinium ipsum magistrum equitum dicit, quo magistratu fungens Licinius legem agrariam fert, ne quis amplius quingentis jugeribus possideat, V. 179, 8 *sqq.*
Licinius (C.), C. Gracchi amicus cumque eo interfectus, V. 1004, 50. Scipionis Minoris in eum dictum, M. 243, 18.
Licinius (P.), victus equestri prœlio a Perseo rege, victorem res suas arbitratui Romanorum permittere jubet, V. 310, 4 *sqq.* *cfr.* M. 239, 8.
Licinius Philonicus, Romanus quidam ignobilis, V. 329, 20.
Licinius (Sext.), a Mario de saxo præcipitatus, V. 515, 35.
Licinius Macer (C.), repetundarum reus factus, Cicerone judice est damnatus, V. 1032, 20 *sqq.*
Licnita, Bacchi nomen, M. 446, 22.
Lictores, primum a Romulo adhibiti; ministerium eorum, vocis interpretatio, V. 40, 2; *cfr.* M. 345, 23. Lictorum numerus, V. 306, 51.
Licymnius, Œoni pater, M. 352, 32. Sacrarium ejus Argis, V. 484, 4.
Lienosorum remedium, V. 458, 37. Lienis tumor febris accidens, M. 558, 27.
Ligarius (Q.), M. Bruti amicus; sermones eorum, V. 1178, 31. Apud Cæsarem a Cicerone defensus absolvitur, V. 1051, 3 *sqq.*
Ligna in plenilunio cæsa, cur repudient fabri, M. 800, 19, *ibid.* 32. Ligna, in quæ cœlestis arcus descendit, eriscepta dicta, M. 807, 30.
Lignea canis, apud Locros, quæ sit, M. 363, 12. Lignei muri oraculum, M. 1010, 8. Lignea simulacra Apollinis Delii, Minervæ Urbicæ et Junonis apud Samios, Fr. 20, 10 *sqq.*
Ligures Alpini, victi a Fabio Maximo, V. 208, 42. Situs terræ eorum; expugnantur ab Æmilio Paulo, V. 307, 54; V. 493, 49. Ligures generatim Ambrones se vocant, V. 496, 39.
Ligustini, iidem ac Ligures Alpini, V. 307, 54.
Lilæus, pastor Indus, solam Lunam reveretur, leones a diis immissi eum dilaniant, Luna cultorem suum mutat in cognominem montem, Ps. 100, 15 *sqq.*
Lilæus, mons Indo fluvio adjacens, a pastore nominatus, Ps. 100, 15 *sqq.*

Lilantum (?), M. 182, 31.
Lilybæum, Siciliæ promontorium, V. 297, 2.
Limnæus, ex amicis Alexandri Magni, quem perichitantem in Mallis (Oxydracis?) corpore suo tegens cadit, V. 835, 42; M. 401, 42; M. 421, 53.
Limnus Macedo, Chalastra urbe oriundus, insidias struit Alexandro, delatus interficitur, V. 826, 16 *sqq.*
Αιμοδωριεῖς, cur ita dicti, Ps. 166, 29 *sqq.*
Lindus, urbs Rhodi, M. 470, 52; Fr. 20, 19.
Lingones, populus Galliæ, V. 859, 32.
Linum, M. 431, 28. Lineas vestes cur gerant sacerdotes, M. 431, 8 *sqq.*
Linus ex Eubœa oriundus, Threnos fecisse fertur, M. 1383, 52.
Linurus lapis, qui nascitur in Acheloo, cur ita sit dictus, Ps. 97, 37 *sqq.*
Liparenses, legatos Romanos donarium a Camillo votum Delphos laturos intercipiunt et vendunt ut piratas, V. 159, 19.
Lippitudinis levandæ gratia vena secatur, M. 677, 9. Lippitudo contagiosa, M. 829, 5.
Liris, Campaniæ flumen, V. 509, 27.
Lissus, Pompejanus, captus ab Antonio, V. 1096, 37.
Λιταί, M. 933, 13.
Litteræ; Quæstio, qua proportione numeri vocalium et semivocalium comparentur, M. 900, 45 *sqq.* Sedecim Phœniciæ dictæ, M. 901, 22; *cfr.* M. 1171, 49 *et* M. 1236, 1. Quatuor a Palamede inventæ, M. 901, 24. Quatuor a Simonide additæ, M. 901, 25. Cur seniores facilius litteras eminus legant, M. 757, 20. Litterarum alphabeti compositio, quot syllabas producat juxta Xenocratem, M. 893, 49. Litteras variant, qui spiritus eorumque aspirationem, item productiones et correptiones notis perscribunt, M. 1235, 47.
Lituus Romuli, reperitur inter cineres tugurii Martis Gallico incendio absumpti, describitur forma et usus ejus, V. 174, 3 *sqq*; *cfr.* V. 37, 22.
Livia Augusta, aureum Ei Delphicum dedicavit, M. 471, 15; M. 614, 49; V. 1255, 20.
Livius Posthumius, dux Latinorum, qui post Gallos a Camillo ejectos urbem bello petunt, V. 43, 2.
Livius (M.), quo præfecto Hannibal Tarentum ad defectionem impellit, qui vero arcem retinet; disceptatio cum Fabio Maximo, V. 224, 45 *sqq.*; *cfr.* M. 236, 44.
Livius Drusus, avunculus maternus Catonis Minoris, V. 906, 7. C. Gracchi in tribunatu plebis collega; persuadetur ei ab optimatibus, ut largiendo et gratificando superet C. Gracchum; leges ejus comparatæ legibus C. Gracchi, V. 1000, 8 *sqq.* C. Gracchum coloniam Carthaginem deducentem acrius adortus, maxime columniando Fulvio, populum sibi magis obstringit, V. 1001, 1 *sqq.* Censor, M. 341, 23. Dictum ejus, M. 977, 50.
Livius (T.), Pataviensis, historicus (V. 871, 13), *cit.*, V. 157, 37; V. 362, 52; V. 377, 16; V. 378, 33; V. 413, 30; V. 452, 49; V. 454, 21; V. 543, 47; V. 610, 30; V. 613, 21; V. 871, 18; V. 871, 28; V. 880, 34; M. 332, 43 (*cfr. lib.* V, 37 *sqq.*); M. 400, 29.
Livoris tumulus, monimentum Polycritæ Naxiæ, M. 314, 40.
Lochagus, Spartanus; dictum de morte filii, M. 277, 32.
Locrensis bos, proverbium, unde exstiterit, Ps. 165, 51.
Locri Epizephyrii, in Brutio, V. 375, 39; leges accipiunt a Zaleuco, M. 656, 44.
Locri Ozolæ, deducti a Locro, M. 363, 12. De cognomento, M. 363, 22. Locrorum principes peregre venientem et quærentem, ecquid novi, multant, M. 628, 13. De virginibus, quas Trojam mittere debebant ob Ajacis libidinem, M. 674, 15; V. 1232, 7.
Locrus, Physcii filius, discordia cum filio oborta, oraculum de colonia deducenda consulit et Physcenses, Hyantheiam, alias urbes condidit a Locris Ozolis deinde cultas, M. 363, 12 *sqq.*
Locrus, prioris filius ex Cabya, M. 363, 14.
Locusta, ex ovis generatur, M. 771, 41.
Λογοειδὴς στίχος, Ps. 173, 34; qualis, Ps. 174, 15.
Loligo, quare conspecta signum est magnæ tempestatis, M. 1120, 31. Ædiles non patiuntur loliginis semen injici suffitibus, M. 800, 10.
Lollius (M.), Catonis Minoris in quæstura collega, V. 914, 30.
Longus angiportus, Romæ, M. 396, 48.
Λοθρόνος, Vulturnus, amnis Campaniæ, V. 212, 11.
Lotus planta; ex Loto solem exstitisse infantem non putant Ægyptii, sed ita pingunt ortum solis significantes, M. 434, 30.
Lous, mensis Macedonicus, V. 794, 22.
Λοξίας, Apollinis nomen, M. 618, 40.
Luca, Etruriæ urbs, V. 658, 30; V. 770, 38; V. 856, 42.
Lucana palus, V. 655, 44.
Lucani, a Mamerco adversus Timoleontem ducti, V. 302, 20; V. 466, 18; V. 470, 11; V. 562, 32.
Lucania, V. 655, 16.
Lucanius, pontifex maximus Corinthi, M. 821, 20.
Lucar; Quæst. Rom. LXXXVIII, cur pecunia, quæ spectaculis impenditur, lucar dicitur? M. 352, 12.
Luceres, tribus Romana, dicti a luco, quo, ut in asylum, incolumitate concessa, multi confugerant, V. 35, 16.
Lucernæ sale injecto melius ardent, M. 760, 4 Lucernam exstingui cur nefas habitum Romanis, M. 856, 1 *sqq.*
Lucifer (Φωσφόρος), sidus, M. 522, 42.
Lucilius, tribunus plebis, populo suadet, ut Pompejum dictatorem esse jubeat, V. 772, 46.
Lucilius, amicus M. Bruti, ad Philippos illum se esse dicens hostes persequentes fallit, V. 1201, 1 *sqq.* Apud Antonium imperatorem, qui traditum apud Philippos servaverat, V. 1130, 48.
Lucina, M. 348, 25 (*cfr.* Diana). Lucina vocatur Diana, Fr. 18, 53. Filia Junonis, Fr. 19, 10.
Lucius, Aristotimi Eleorum tyranni stipator, Miccam crudeliter interficit, M. 310, 16 *sqq.*
Lucius, Etruscus, Moderati Pythagorici discipulus, M. 886, 38.
Lucius, Metrii Flori filius, M. 856, 32.
Lucretia, secunda Numæ regis uxor, V. 88, 23.
Lucretia, Tarquinii Collatini uxor, vim a Tarquinii Superbi filio passa, se ipsam interficit, V. 116, 19; *cfr.* M. 309, 4.
Lucretius (Sp.) Tricipitinus, pater Lucretiæ illius suicidæ, consulatus collega a Poplicola assumptus, paucis diebus post mortuus est, V. 123, 33 *sqq.*
Lucretius (T.), consul cum Poplicola creatus, in prœlio contra Porsenam vulneratur, V. 125, 47 *sqq.*; V. 130, 2 *sqq.*
Lucretius (L.), princeps senatus, Camilli æqualis, V. 173, 34 *sqq.*
Lucretius Ofella, Sullæ legatus, Prænestе Marium juniorem obsidet, V. 563, 6.
Lucta, an sit certaminum vetustissimum, M. 773, 21 *sqq.*
Luctatius Catulus, *vide* Catulus.
Luctus modus a Numa præscriptus, V. 80, 37 *sqq.* Luctus tempus Spartæ, V. 66, 53. Fabula de luctu, M. 133, 50. In luctu Lycii utebantur veste muliebri, M. 133, 1. In luctu, cur Romanæ mulieres albas gererent vestes albasque vittas, M. 333, 47.
Luculleum numisma, V. 588, 12.
Lucullia, festum Ephesi editum in Luculli honorem, V. 604, 54.

Luculliani horti, V. 618, 48.
Lucullus (L.) Vita ejus, V. 587, 7 *sqq.*

Chæronenses accusatos ob Romanum a Damone Peripolta interfectum testimonio suo liberat, cujus rei in gratiam lapideam ei ponunt statuam, V. 572, 32 *sqq.* De genere ejus, V. 587, 7 *sqq.* Priusquam rempublicam attingat, Servilium augurem patris sui accusatorem publico crimine accusat, V. 587, 11 *sqq.* Magnam utriusque sermonis facultatem facundiamque elegantiori disciplinæ imbutam sibi paraverat; contentio juvenilis cum Hortensio causidico et Sisenna historiographo, unde Græca Marsici belli historia a Lucullo scripta exstat, V. 587, 22 *sqq.* Studium erga Marcum fratrem, cujus ætate minoris tempore exspectato ita demum simul cum eo magistratum ambit, V. 587, 46 *sqq.*; *cfr.* M. 587, 27. Bello Marsico juvenis audacter multa prudenterque agit; Sulla inter alia curam numismatis, quod ad Mithridaticum bellum in Peloponneso factum est, cudendi ei tradit et inter Athenarum obsidionem in Ægyptum eum emittit et Africam, ut inde naves adducat, V. 588, 5 *sqq.* In itinere Cretam in suam potestatem redigit et Cyrenæorum rempublicam constituit, V. 588, 18 *sqq.* Magnifice excipitur a Ptolemæo, qui vero metu Mithridatis cum Romanis amicitiam jungere repudiat, V. 588, 34 *sqq.* Ex Ægypto haud sine periculo, hostibus insidiantibus, in Cyprum atque inde Rhodum navigat; Rhodiis naves præbentibus, Cois et Cnidiis persuadet, ut ipsum in Samiis oppugnandis adjuvent, Chio regios expellit et capto Epigono tyranno Colophoniorum urbem liberat, V. 589, 7 *sqq.* Fimbriæ Mithridatem Pitanæ obsidenti auxilium recusat, quum vero Mithridates elapsus sit, naves regias apud Lectum Trojadis promontorium vincit et Neoptolemum ducem classis apud Tenedum in fugam conjicit, V. 589, 21 *sqq.* Post pacem cum Mithridate compositam Sulla viginti millibus talentorum Asiam mulctans exactioni pecuniæ Lucullum præficit; justitia et humanitas ejus urbibus solatio est; Mitylenæos defectos vi expugnat, V. 590, 16 *sqq.* Sulla moriens filii tutorem constituit Lucullum, quæ res Lucullo et Pompejo discordiarum initium præbuisse videtur, V. 590, 44 *sqq.*

Post Sullæ mortem consul creatus est cum M. Cotta circa centesimam septuagesimam sextam Olympiadem; sorte Galliam Comatam sibi contigisse inique fert, jam bellum Mithridaticum animo volvitans; ideo Pompejo, ut pecunia in Hispaniam mittatur, facit (*cfr.* V. 749, 40); contentiones cum Cethego et L. Quinctio tribunis plebis, V. 590, 48—591, 21. Postquam de morte Octavii, qui Ciliciæ præfuerat, renuntiatum est, Lucullus Præciæ mulieris impudicæ opera usus Cethegum laudatorem sibi parat eamque provinciam obtinet, V. 591, 22 *sqq.* Cum una legione in Asiam trajicit, ubi reliquas copias recipit, Fimbrianos illos intractabiles et qui jam pridem parere imperio desueverant; contra Mithridates non futili et aspectu splendido, ut olim, sed optimo belli apparatu nitebatur, V. 592, 4 *sqq.*; *cfr.* V. 455, 15. Dum ipse malis, quæ fœneratores et publicam fecerant Asiæ, medetur, Cotta victus a Mithridate et Chalcedone inclusus Luculli petit auxilium; hic contra Mithridatem ducens apud Otryas in Phrygia in hostium venit conspectum; certior factus hostibus vix ad paucos dies cibum superesse, tempus trahit, V. 592, 45—593, 44. Mithridatem Cyzicum abeuntem et hanc urbem obsidentem insecutus, commeatum ejus prohibet et Cyzicenos de sui præsentia certiores reddit. Ingenti vento oborto, Mithridatis machinæ muris admotæ conteruntur, moxque exercitus ejus in necessariorum venit difficultatem. Equos et peditum, qui nulli erant usui, in Bithyniam a Mithridate emissos Lucullus ad Rhyndacum flumen assecutus ingentem edit stragem; paulo post Aristonicum classis Mithridatis præfectum proditione suam in potestatem redigit et cum Mithridates mari aufugerit, terrestres ejus copias ad Granicum amnem concidit, V. 593, 45—595, 49. Cyzico ad Hellespontum profectus classem adornat; apud Lemnum et Neas insulam Isidorum et Marium classis regiæ duces opprimit, V. 595, 50 *sqq.* Voconius, quem Nicomediam miserat, ut fuga Mithridatem intercludat, negligentia elabi illum patitur, V. 596, 28 *sqq.* Exinde per Bithyniam et Galatiam in Mithridatis regnum irrumpit, ex penuria commeatuum mox magnam copiam rerum adeptus; cum autem Themiscyras usque et Thermodontem fluvium profectus sit, militum jam querelæ et lamentationes oboriuntur, quibus vero spretis Lucullus iis potius se excusat, qui vitio dabant tarditatem suam, V. 597, 4—V. 598, 4. Per hiemem Amisum urbem obsidet, initio æstatis Murenæ legato obsidionem mandat, ipse contra Mithridatem ducit, V. 598, 4 *sqq.* Facto prœlio equestri ad Lycum amnem Romani fugiunt; planitiem itaque vitandam ratus Lucullus Artemidoro duce per montes in locum pervenit imminentem Cabiris, ubi Mithridates castra habebat; hic utrique aliquandiu prœlio abstinent, V. 598, 53 *sqq.* Insidiæ Lucullo paratæ ab Olthaco, Dandariorum regulo, V. 598, 53 *sqq.* Romani frumentatum missi nonnullos duces regios concidunt et Mithridatis copiis terrorem incutiunt, ita ut Mithridates ipse castris exciderit et parum abfuerit quin captus sit, V. 599, 37—600, 31. Cabiris et aliis captis arcibus magni inveniuntur thesauri, multi Græci vincti, regis quoque cognati et Nyssa soror. Sorores alias et uxores Mithridates per Bacchidem eunuchum Pharnaciæ ad mortem adigit, V. 600, 31 *sqq.* Progressus usque ad Talauros revertitur, cum Mithridates jam ad Tigranem aufugerit; Chaldæis, Tibarenis, minore Armenia subactis ad obsidionem Amisi redit; expugnatam urbem Callimachus præfectus incendit, Lucullus eam restaurat; Tyrannionem grammaticum captum Murenæ legato dat, V. 601, 22—602, 24.

A rebus bellicis otium nactus jura et leges in Asiæ civitates reducit. Viginti millia talentorum, quam Asiæ mulctam Sulla irrogaverat, publicani ad centum viginti millia auxerant; Lucullus efficit, ut intra quadriennium omnia debita solvantur, V. 602, 25—603, 4. Appii Clodii sororem in matrimonio habet, V. 603, 6. Appio Clodio apud Tigranem versante Lucullus Ephesi festivitates edit et accipit, V. 604, 49 *sqq.*

Postquam Appius rediit et bellum contra Tigranem gerendum apparuit, rursus in Pontum abit et Sinopem urbem expugnat; Autolyci statua, V. 605, 2 *sqq.* De bello adversus Tigranem compara V. 759, 25, *ibid.* 41; V. 165, 31; V. 659, 39; V. 661, 40; V. 668, 37; V. 676, 48; M. 246, 18. Quum Macchares, Mithridatis filius, Bospori rex, coronam Lucullo mille aureis confectam miserit orans, ut inter populi Romani amicos recipiatur, Lucullus Sornatium ad præsidium Ponti relinquit, ipse etsi militibus et tribunis plebis Romæ eum criminantibus, ad Euphratem pergit, cujus aquæ in tempore decrescunt; bonum omen per bovem Dianæ Persicæ sacram oblatum; magnis itineribus per Sophenem progressus et Tigride fluvio superato in Armeniam irrumpit, V. 605, 42—606, 42. Mithrobarzanem contra se missum vincit et occidit; Tigranes ad Taurum recedit; recedentis copias Muræna concidit, V. 606, 42—607, 32. Exinde continenter Tigranocerta urbem magnam a Tigrane conditam oppugnat, Tigranem haud toleraturum ratus, et revera hic ingentibus undique contractis copiis accedit; magnum ad Tigranocerta prœlium, ingens hostium strages, V. 607, 33—610, 41. Tigranocerta capit

et militibus diripienda dat, Græcos eo coactos commigrare dimittit; Arabes, Sopheni, Gordyeni ei se dedunt, V. 610, 53—611, 27. Funus Zarbieno Gordyenorum regi institutum, V. 611, 28 *sqq*. Tigranocerta legatio quoque a Parthorum rege venit, legati autem vicissim ad regem missi eum jam in utramque partem inclinare deprehendunt; Lucullus decernendum ratus in Pontum ad Sornatium mittit mandans, ut sibi copiæ adducantur; ibi milites jam palam officium recusant, quæ ad Lucullum renuntiata istos quoque milites corrumpunt, V. 611, 46—612, 19. Itaque Lucullus expeditionem contra Parthos dimittit rursusque contra Tigranem ducit; superato Tauro Artaxata petit, ut Tigranem ad pugnam alliciat, quod ita evenit, magnoque prælio conserto, Tigranes iterum confligatur, V. 612, 20—613, 23. Exinde in superiores regiones pergere statuit, hieme autem severo ingruente a militibus indigne ferentibus coactus retro ducit; in Mygdoniam descendit et Nisibim urbem capit, V. 613, 24—614, 9. Exinde omnia adversa ei cadunt: Romæ tribuni plebis eum criminantur alii imperium tradere studentes, in castris milites jam ante intractabiles a P. Clodio sollicitantur, ita ut hiemem causantes inertia tempus terant in Gordyena, dum Mithridates Pontum recuperat, V. 614, 10—615, 30. Mithridates, Fabio victo, Sornatium et Triarium petit; milites pudore victi Lucullum sequuntur; Triarium jam a Mithridate victum civium iræ subducit (*cfr*. V. 762, 47); in itinere milites coitione facta discedunt, neque aliud quid precibus obtinet Lucullus, quam ut ea æstate se cum eo mansuros polliceantur; interim nihilo usus iis Mithridatem ferocire, Tigranem Cappadociam vastare videt, jamque Pompejus adest milites ad se vocans, V. 615, 31—616, 30 (belli contra Mithridatem successorem Lucullus lege Manilia accipit Pompejum, V. 756, 22, 33 *sqq*.; V. 757, 8).

Colloquium cum Pompejo in quodam Galatiæ pago habitum nihil ad benevolentiam colligendam confert; Pompejus Luculli constitutiones rescindit et milites omnes adimit mille ac sexcentis relictis, qui triumphantem comitentur, V. 616, 31 *sqq*.; *cfr*. V. 757, 10—758, 6.

Abit Lucullus provincia, V. 758, 7. Romam reversus primum Marcum fratrem defendit a C. Memmio in jus vocatum; quo absoluto in ipsum Lucium se convertit Memmius, populum, ne concedat ei triumphum, irritans; primorum et potentissimorum civium (Catonis præcipue, *cfr*. V. 922, 21 *sqq*.) studio Lucullus obtinet triumphum, qui describitur, V. 617, 26 *sqq*. Nuntio Cloëliæ remisso Serviliam Catonis sororem ducit, quam haud minus impudicam propter fratrem aliquandiu tolerat, ad extremum ipsam quoque repudiat, V. 618, 6 *sqq*. A republica totum se abducit, quare a Crasso et Pompejo subsannatur, V. 618, 12 *sqq*.; *cfr*. V. 419, 39; V. 739, 34; M. 960, 2. Ingentes ejus sumptus in ædificia, ambulationum et balneorum apparatus; Luculliani horti; ædificia in ora maris et apud Neapolim; Tusculanæ habitationes rusticanæ, V. 618, 37—619, 9; V. 622, 30; M. 247, 47. Prætori cuidam chlamydes centum petenti ducentas mittit, V. 619, 9 *sqq*. Cœnæ ejus splendidissimæ; Catonis et Pompeji dicta, V. 619, 17 *sqq*. De Luculli cœnis narratiunculæ: Græcos quosdam invitat, solus cœnat, Ciceronem et Pompejum vocat, V. 619, 37 *sqq*. Bibliotheca ejus, liberalitas in Græcos; philosophiæ omnia genera amplexus, Academiam veterem, cujus princeps erat Antiochus Ascalonita, maxime colit, V. 620, 27 *sqq*. Amicitia Ciceronis; nondum totum a republica se abstrahens amicorum causa in forum venire solebat, in senatum, quoties Pompeji alicui conatui obsistendum duceret; constitutiones Pompeji rescindit, divisioni inter milites impedimento est (*cfr*. V. 767, 12 *sqq*.; V. 923, 29 *sqq*.); Vettii indicia, V. 620, 51 *sqq*. Cum Bibulo et Catone et Cicerone Cæsaris legibus agrariis repugnat, V. 923, 54. Cum Catone et Bibulo e foro ejicitur a Pompejanis, V. 768, 35, *ibid*. 46. Postquam Cicero in exsilium actus, Cato in Cyprum missus est, plane otio se dat (*cfr*. M. 967, 43); mors ejus; mortuum dolens populus corpus in campo Martio sepelire contendit, V. 621, 28 *sqq*.

Varia: Domum Marii apud Misenum emit, V. 506, 49. Ancillas ad quæstionem in Clodium præbet, V. 1044, 26. Commentarios inscribit ei Sulla, V. 543, 4; V. 655, 50; V. 676, 28, Senectus ejus cicuratur a Callisthene liberto, post a Marco fratre, M. 967, 48 *sqq*. Apophthegmata, M. 246, 18.

Lucullus (M.), Lucii frater; mutuus fratrum amor, V. 587, 46; *cfr*. M. 967, 51. Legatus Sullæ apud Fidentiam hostes vincit, V. 560, 34. Macedoniæ prætor, V. 843, 28; V. 676, 24. Accusatus a C. Memmio, V. 617, 26 *sqq*. Non multum temporis fratri supervixit, V. 621, 46 *sqq*.

Lucumo, Etruscus quidam nobilis, V. 162, 22.

Lucus Petelinus, V. 177, 29.

Ludi Magni, V. 156, 37; Nemei, V. 432, 42; Gymnici, V. 579, 24; Scenici, V. 812, 52; Equestres, V. 709, 23.

Ludum literarium primus Romæ aperuit Sp. Carbilius, M. 343, 40.

Ludunt par impar pueri, M. 905, 12.

Lugdunus, mons et urbs ejusdem nominis in Gallia Celtica, unde nomen duxerint, Ps. 85, 2 *sqq*.

Lugus, dialecto Celtica dicitur corvus, Ps. 85, 11.

Luna, et Sol feruntur ab Ægyptiis cursus continuare vecti navigiis, M. 445, 36. Luna mater mundi appellatur ab Ægyptiis, M. 450, 34. Aliæ Ægyptiorum fabulæ, M. 455, 32. Nutrices cavent infantulos ostentare lunæ; luna dicitur ad expediendum partum conducere, alia, M. 800, 17 *sqq*.; M. 934, 9 *sqq*. Lunæ et Veneris prata, M. 936, 43. Variæ lunæ partes, M. 1155, 53 *sqq*. Lunæ fabula tunicularn sibi fieri petentis, M. 186, 20. Quovis mense tribus maximis varietatibus mutatur, M. 332, 22. Sub luna, quam sub sole, cur carnes computrescant magis, M. 799, 1 *sqq*. Luna plena, cur non cædendæ sint arbores, M. 800, 19. Ad lunam dormientes, cur obtorpescant, M. 800, 20. Semiplena cur partus facilitatem promovere credatur, M. 800, 24. Placita philosophorum: de natura lunæ, M. 1086, 45 *sqq*.; de magnitudine lunæ, M. 1187, 7 *sqq*.; de forma lunæ, *ibid*. 12; de illuminatione lunæ, *ibid*. 17 *sqq*.; de lunæ defectu, *ibid*. 34 *sqq*.; de aspectu lunæ, M. 1088, 4 *sqq*.; quanto intervallo a sole distet, *ibid*. 17 *sqq*.; causa æstus maris, M. 1095, 19. De facie in orbe lunæ, M. 1126, 5 *sqq*.; de lunæ defectu, M. 1141, 45 *sqq*.; an habitetur, M. 1147, 41 *sqq*. Luna arte magica ex cista spuma repleta leonem progignit, Ps. 94, 3. Lunam solam reveretur Lilæus pastor, et profunda nocte ejus mysteria celebrat, Ps. 100, 17 *et* 18. Luna est Diana, Ps. 158, 20. Lunam aufers tuo periculo, proverb., unde exstiterit, Ps. 171, 46 *sqq*.

Lunulas cur in calceis gestarent nobiles Romani, M. 347, 48 *sqq*.

Lupa, Romulum et Remum gemellos lactat; vocabuli ambiguitas, unde fabula exstitisse putatur, V. 22, 31 *sqq*.; *cfr*. M. 387, 7 (narratio de Lycasto et Parrhasio, quibus mammam præbuerit lupa, comparatur Romuli et Remi historiæ).

Lupercalia sacra; de tempore, de cæremoniis festi et de variis relationibus, unde duxerit originem; vocis interpretatio, V. 36, 27 *sqq*. Quæst. Rom. LXVIII, cur Lu-

perci (hi sunt, qui Lupercalibus nudi solisque præcincti subligaculis discurrunt et scutica obvios feriunt) canem immolant? M. 345, 33 *sqq.*; *cfr.* V. 878, 36 *sqq.*; V. 1098, 43; M. 358, 34.
Luperci, *vide* Lupercalia.
Lupis Athenienses infesti, V. 109, 6. Lupi et pastorum apologus, M. 185, 5. Ubi picus, ibi etiam lupus visitur, M. 331, 46. Lupi sanguine ad Ditis invocationem utuntur Persæ, M. 452, 15. Quare ovis a lupo morsæ caro sit suavior, M. 778, 36 *sqq.* Lupis insidiantes Aristæo vota faciunt, M. 925, 35. Lupi ut fastidium solvant, M. 1192, 27.
Luscinia, M. 1191, 3 *sqq.*; M. 1214, 19.
Luscius, C. Marii sorore natus, interfectus a Trebonio, cujus pudicitiæ intentarat, M. 245, 18; *cfr.* V. 492, 40 *sqq.*
Lusitani, Hispaniæ populus, V. 683, 31; V. 684, 42; V. 850, 28.
Lusius, *vide* Luscius.
Lutatius Catulus, Saturno templum prope Tarpejum montem ponit, M. 379, 5. *Vide* Catulus.
Lycæa Arcadica, V. 878, 40; M. 345, 46.
Lycæum, mons Arcadiæ Jovi sacer; Quæst. Græc., cur qui sponte sua in Lycæum intrant, lapidibus obruuntur ab Arcadibus, qui per imprudentiam, Eleutheras deportantur? Lycæum ingressus umbram nullam a se jacere putatur, cervus dicitur, M. 369, 35; V. 962, 26; V. 1244, 8.
Lycaon; facinus ejus in Jovem; Eleuther et Lebadus filii, M. 369, 42.
Lycaonia, regio Asiæ minoris, V. 605, 34; V. 702, 30.
Lycastus, et Parrhasius, Martis ex Phylonome filii gemini, de quibus eadem fere ac de Romulo et Remo narrantur, M. 386, 53.
Lyceum, gymnasium et lucus Athenis, V. 548, 21; V. 905, 40; M. 1038, 32; conditum a Lycurgo oratore, M. 1025, 23. Syllogismi et pronunciata et ambulationes in Lyceo, M. 402, 41.
Lychnis lapis, in Hydaspe fluvio invenitur, adolescente luna, ad cantum tibiarum, Ps. 80, 15.
Lyciæ, a Bellerophonte pœnas terræ imprecato, ut demat, impetrant, M. 306, 25 *sqq.*
Lycii, populus Asiæ minoris, debellantur a Bruto, V. 1189, 50 *sqq.* Legumlator in luctu veste muliebri jubet uti, M. 135, 1. Piscium præsagia, M. 1194, 41.
Lyciscus, Orchomenios prodit; morbus ejus, M. 664, 4.
Lyco, Syracusanus quidam, unus de Dionis interfectoribus, V. 1172, 15.
Lyco, Scarphensis, histrio comicus celeber, V. 813, 17. Decem talenta ab Alexandro accipit, M. 410, 26.
Lyco, Aristonis liber, M. 17, 2.
Lycomedæ, gens Attica, V. 133, 45.
Lycomedes, rex Scyri, Thesei æqualis, quem peremisse in suspicione est, V. 19, 23 *sqq.*; *cfr.* V. 577, 45.
Lycomedes, Atheniensis, proavus generis Lycurgi oratoris (M. 1028, 8; M. 1038, 8), triremis præfectus in Salaminensi pugna primus navem capit, cujus facti causa publica sepultura honoratus est, V. 143, 10 *sqq.*
Lycophones, cardui genus, V. 59, 48; M. 293, 9.
Lycophron, Corinthius dux, victus et interfectus a Nicia, V. 629, 32.
Lycophron, Iasonis Thessali filius, frater Thebæ, uxoris Alexandri tyranni, V. 355, 24.
Lycophron, Cleombroti Acharnensis filius, ejusque avus ejusdem nominis, M. 1027, 22.
Lycophron, Lycurgi oratoris pater, M. 1025, 1.
Lycophron, Lycurgi oratoris filius, M. 1027, 17; *ibid.* 43, 45; M. 1028, 18. Decretum ejus de honoribus patri decernendis exstat, M. 1038, 1 *sqq.*
Lycophron, cui Leonteus, discipulus Epicuri, epistolam scribit, M. 1356, 6.
Lycophron, *cit.*, Fr. 20, 35; Ps. 75, 48 (de nobilitate).
Lycopolis, Thebaidis urbs in Ægypto, M. 443, 41. Lycopolitæ soli omnium Ægyptiorum ovum edunt, quia lupum pro deo habent, M. 464, 36.
Lycormæ, Heraclidarum dignitatem avitam ambientes, M. 675, 5.
Lycormas, fluvius Ætoliæ, M. 388, 16. De Fluviis VIII, Ps. 86, 26 *sqq.* (cur Evenus fuerit denominatus, *ibid.* 27 *sqq.*; de Sarissa herba in ipso nascente, *ibid.* 34 *sqq.*; de Myeno monte adjacente, *ibid.* 38 *sqq.*; de Leucoio flore in fluvio crescente, qui pronuntiato novercæ vocabulo statim marcescit, *ibid.* 48 *sqq.*).
Lycortas, Achæus, V. 439, 37. Eo duce Achæi vindictam a Dinocrate et Messeniis pro Philopœmenis morte petunt et cineres ejus Megalopolim magnis cum honoribus reducunt; Lycortæ filius Polybius, V. 439, 49.
Lycospades equos cur dicant feroces esse, M. 778, 15 *sqq.*
Lyctus, urbs Cretæ, condita a Tyrrhenis, M. 306, 21; Ps. 92, 25.
Lycurgides dies, quibus socii et familiares in Lycurgi memoriam coibant, V. 70, 45.
Lycurgus, legumlator Spartanorum. Vita ejus, V. 47, 1 *sqq.*

Diversæ narrationes de genere Lycurgi, de peregrinatione, obituque ejus, de legum ac reipublicæ constitutione, ac præsertim, quo tempore vixerit, V. 47, 1 *sqq.* Nonnulli eum in Olympiacis feriis instituendis adjuvisse narrant, V. 47, 6; *cfr.* V. 64, 36. Nomen ejus disco Olympico inscriptum, V. 47, 9. Generis ejus series, ut vulgariter, ut a Simonide et ut a Dieuchida traditur, V. 47, 29 *sqq.*; *cfr.* V. 104, 15. Pater ejus in tumultu civili lanii cultro ictus, V. 48, 9. Polydecta fratre majore mortuo, regnum adit et quidem, ubi fratris uxorem prægnantem comperit, tutoris loco; illius feminæ illicebras eludit; puero nato, suspiciones et calumnias sibi injectas peregrinatione effugere statuit, V. 48, 13 *sqq.*; *cfr.* V. 1008, 40; M. 413, 33. In Cretam venit et reipublicæ constitutiones inspicit; Thaletem Spartam mittit, ad Iones in Asiam pergit, in Homeri carmina incidit eaque colligit; sunt etiam, qui Ægyptum, Africam, Hispaniam, Indiam adisse eum dicant, V. 49, 4 *sqq.*

Spartam reversus initio Delphos proficiscitur et notum illud oraculum reportat (*cfr.* M. 1049, 4); hinc optimates conciliat sibi, die prædicto cum triginta ex primoribus in forum prodit, rege quoque, qui tumultu orto in Chalcioecum confugerat, jurejurando dato socium rei gerendæ se præbente; in primis senatum constituit, V. 49, 45 *sqq.*; *cfr.* M. 964, 43; M. 965, 18.

Rhetra Delphis petita, populi distributio, de concione, V. 50, 54 *sqq.*; *cfr.* M. 492, 24. Agros dividit, V. 52, 14; *cfr.* M. 278, 11. Omnem aureum et argenteum nummum abrogat, soloque uti ferreo jubet, artes inutiles et supervacaneas urbe expellit; frugalitas et simplicitas, quæ inde efficitur, V. 45, 9; *cfr.* M. 278, 18 *et* V. 422, 51. Syssitia instituit, V. 53, 34 *sqq.*; *cfr.* M. 278, 37 *sqq.*; M. 335, 53.

Opulentis syssitiorum institutionem ægre ferentibus, Lycurgo in tumultu a juveni quodam, cui Alcandro nomen, oculus baculo excutitur, quem juvenem sibi deditum ne verbo quidem lædit, sed exemplo et mansuetudine ita devincit, ut familiarissimum sibi reddiderit, cujus rei in memoriam templum Minervæ Optiletidis posuit, V. 54, 6 *sqq.*; *cfr.* M. 279, 10 *sqq.*

Tres ejus leges, qui rhetræ dicuntur, tanquam a deo statutæ, prima (V. 56, 2), ne legibus utantur scriptis;

secunda (V. 56, 4; *cfr.* M. 228, 7; M. 279, 28; M. 352, 1; Fr. 25, 11; M. 1220, 12), ut omnis domus fastigium securi tantum, fores sola serra fabricentur; tertia (V. 56, 22; *cfr.* M. 228, 13; M. 260, 50; V. 728, 19), ne sæpius bellum iisdem hostibus inferant, V. 55, 43 *sqq.* Virginum corpora omnis generis ludis exercet, nudas in pompis et sacrificiis quibusdam procedere et saltare adsuefacit; dicteria et laudationes virginum in juvenes, V. 56, 36 *sqq.*; M. 279, 46; M. 280, 1. Quas pœnas iis instituerit, qui uxores ducere noluerint, V. 57, 27 *sqq.* De nuptiis, V. 57, 36 *sqq.* De conjugiis et de liberorum procreatione, V. 58, 7 *sqq.*; *cfr.* M. 280, 11 *sqq.* De exploratione infantium novorum, de eorum approbatione, vel expositione, de lavationibus vini, de cultu corporis, V. 58, 48 *sqq.* De communi puerorum educatione, V. 59, 19 *sqq. usque ad* 62, 3 (de victu eorum duro, V. 59, 19 *sqq.*; de senibus, de magistratibus, qui pueros observabant, V. 59, 51 *sqq.*; de irenibus, V. 60, 8 *sqq.*; *cfr.* V. 60, 46 *sqq.*; de furtis, qui pueris imperabantur, V. 60, 13 *sqq.*; de tenui cibo, qui pueris suggerebatur, ut proceres et venusti fierent, V. 60, 22; de constantia eorum in tolerando dolore, V. 60, 32; de litteris, quas discebant, V. 59, 33; de amatoribus, V. 59, 51; V. 61, 10; de brachylogia, V. 61, 20); *cfr.* M. 618, 15. Lycurgus unum relinquendum esse hæredem existimavit, Fr. 24, 32. Exempla breviloquentiæ Lycurgi, V. 61, 40. Disciplina, quam instituit, canendi, V. 62, 50. Carmen trium chororum, V. 63, 8 *sqq.* In controversia est scriptoribus, utrum Lycurgus bellicam actionem attigerit necne, V. 64, 28. De vitæ ratione, quam usque ad virilem ætatem Lycurgus instituit accurate præscriptam; otium Spartanorum, V. 64, 48 *sqq.* Annos minus quam triginta nati forum omnino non venire, sed res necessarias ministerio cognatorum et amatorum expedire; senioribus indecorum continenter videri his rebus occupatos ac non potissimam dici partem ad gymnasia et leschas consumere, V. 65, 22 *sqq.* Risui simulacrum ponit, V. 65, 34. De modo senatoris subrogandi deque ceteris rebus huc pertinentibus, V. 66, 6. Sepeliendi ratio a Lycurgo ordinata, V. 66, 42. Quare suos peregrinari vetuerit, homines peregrinos nullius utilis negotii causa Spartam confluentes expulerit, V. 67, 7. De Cryptia, quam dicunt, utrum sit Lycurgi institutum annon et quale fuerit, V. 67, 22 *sqq.* Servi vel Helotes, quomodo tractati sint a Spartanis, V. 67, 48 *sqq.*

Civibus universis in concionem convocatis et jurejurando obstrictis, ne quid institutorum suorum immutent, donec ipse Delphis, quo proficisci statuerat, reverterit, Delphis vitam finit abstinentia cibi, ut mortem suam sempiternam bonorum, quæ vivus paravit, custodem relinquat, V. 68, 15 *sqq.*

Quo tempore Lycurgi institutis neglectis Sparta conciderit, V. 69, 2 *sqq.* Templum ei positum et honores habiti, V. 70, 24. Sepulcrum ejus fulmine ictum, V. 70, 28. De loco, quo sit mortuus, variæ relationes, V. 70, 35 *sqq.* Leges de sacrificiis, quæ dux defunctus munere conficere debeat, V. 371, 14 *sqq.* Minimi sumptus sacrificia Spartæ instituit, M. 204, 19; M. 281, 4; M. 876, 30. Cur tam paucas leges constituerit, Charilli dictum, M. 223, 18. Quid boni Spartanis eæ contulerint, M. 255, 46.

Apophthegmata, M. 3, 22 (de catulis diversa educatis ratione; *cfr.* M. 277, 35); M. 184, 29 (de populari imperio; *cfr.* V. 61, 42; M. 228, 4; M. 281, 1); M. 228, 1 *sqq.* 1 (de Lacedæmoniis ad nutriendam comam assuefactis; *cfr.* V. 63, 42; V. 518, 13; M. 281, 27); 2 (*cfr.* M. 281, 1); 3 (de ratione ædificandi; *cfr.* V. 56, 6; M. 279, 29; M. 352, 1; M. 1220, 12); 4 (lex pugilatione et pancratio interdicens; *cfr.* M. 281, 7); 5 (lex sæpius iisdem bellum inferre vetans; *cfr.* V. 56, 22; V. 728, 19; M. 260, 50; M. 279, 47; M. 280, 1); M. 277, 35 *sqq.* 1 (reversi Delphis dictum: ὡς ἡ Λακωνικὴ φαίνεται πᾶσα πολλῶν ἀδελφῶν εἶναι νεωστὶ νενεμημένων); 8 (cur legibus scriptis non utatur); 18 (de unguento); 19 (de fucandi arte); 22 (de sacrificiis); 24 (de crebro movendis castris); 25 (cur turrium et murorum oppugnatione interdixerit); 26 (de Leucothea).

Lycurgus, Pediensium factionis dux, Pisistrati temporibus, V. 113, 16.

Lycurgus, cum aliis Byzantium urbem Alcibiadi tradit, V. 249, 31.

Lycurgus, Lycurgi oratoris avus, interfectus a triginta tyrannis, M. 1025, 1; M. 1038, 9.

Lycurgus, orator Atheniensis, Lycophronis filius. Vita ejus, M. 1025, 1 *sqq.* Genus ejus, *ibid. cfr.* M. 1028, 7. Auditor Platonis, Isocratis discipulus fuit, M. 1025, 7. In republica, quæ gesserit, M. 1025, 10 *sqq.* De rebus gestis ab eo deque honoribus ei decretis vide Lycophronis filii decretum, quod exstat, M. 1038, 1 *sqq.* Leges, quas tulerit, referuntur, M. 1025, 48 *sqq.* Varia ex ejus vita, M. 1026, 14 *sqq.*; M. 1028, 20. Posteri ejus enumerantur, M. 1027, 12 *sqq.* Honores a populo ei habiti, orationes ejus, M. 1027, 38 *sqq*; M. 1028, 24 *sqq.* Magister Hyperidis fuit, M. 1033, 48. Tradi sibi postulatur ab Alexandro, V. 1022, 31. Xenocratem philosophum publicanis eripit, V. 448, 41; V. 888, 42; V. 890, 11; V. 893, 47.

Citata, V. 674, 44.

Apophthegmata, M. 655, 28; M. 1026, 14 (quum delatoribus talentum dedisset: Ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν διδοὺς οὐ λαμβάνων ἑώραμαι); M. 1026, 34 (Ἀλλ' εἴ τίς γε ἐπαγγέλλοιτο τοὺς υἱοὺς ἀμείνους αὐτῷ ποιήσειν, οὐ χιλίας, κτλ.); M. 1026, 41 (Ὦ Κερκυραία μάστιξ, ὡς πολλῶν ταλάντων εἶ ἀξία); M. 1026, 42 (de iis, qui Alcandrum in deos referebant).

Lycuria, Arcadiæ regio, M. 481, 32.

Lycus, Martis filius, regnans in Africa, M. 382, 53.

Lycus, fluvius Phrygiæ majoris, V. 598, 11; V. 1088, 28

Lycus, fluvius Siciliæ, V. 302, 16.

Lyde, uxor Antimachi poetæ, qua amissa Lyden elegiam scribit, M. 126, 43.

Lydi fame premente alternis diebus cibum sumendo, et jocose lusuque oblectando tempus conterunt, M. 158, 11. Lydi et Phrygii diviserunt semitonium genus ab enharmonico, M. 1387, 46. Lydi potentiores, quo modo thesauros custodiant, Ps. 85, 36. Lydis Smyrna subjecta, Ps. 101, 16. Ab Æolibus bello pressi Smyrnam relinquunt, *ibid.* 23.

Lydorum pompa Spartæ, V. 393, 35.

Lydiades, Megalopolitanus tyrannus, accito Arato urbem Achæorum reipublicæ adjungit; ter deinde alternis annis cum Arato prætor factus tandem propter inimicitias cum illo neglectus est, V. 1240, 35 *sqq.* Contentiones cum Arato propter Aristomachi minoris receptionem in Achæorum civitatem, V. 1243, 36 *sqq.* In pugna contra Cleomenem ad Leuctra interficitur, V. 1244, 32 *sqq.*; *cfr.* V. 963, 12; M. 667, 46.

Lydius tonus, M. 1386, 25; M. 1387, 46; M. 1389. 9; M. 1389, 51.

Lydus, Mardonii servus, M. 502, 21.

Lydus in meridie, proverb., Ps. 170, 49 *sqq.*

Lygdamis, Naxorum tyrannus, ejectus a Lacedæmoniis, M. 292, 1; M. 1047, 13.

Lygdamis, dux Cimmeriorum, V. 490, 51.

Lynceus cum Ida Helenam fertur rapuisse, V. 17, 1. Dici

tur visu per saxum et quercum penetrasse, M. 104, 8; M. 1325, 50

Lynceus, Samius, *cit.*, V. 1075, 34 (cœna Lamiæ).

Lynx, lyncurium suum e medio removet, M. 1178, 26 *sqq.*

Lyra in prœliis utebantur Cretenses, M. 1393, 52 *sqq.* Lyræ chordæ auctæ a Timotheo, M. 1395, 15. Paridis lyra Alexandro oblata, M. 406, 46. Lyra Orphei in astra translata, Ps. 82, 39.

Lyrceius, mons Argolidis, Coccygius postea dictus, Ps. 94, 46.

Lysander, Alopecensis, Themistoclis socer, V. 153, 19.

Lysander, dux Spartanus. Vita ejus, V. 518, 1 *sqq.*

Statua ejus Delphis, V. 518, 5. Genus ejus, educatio, gloriæ studium, quod testantes narrationes de consuetudine cum Dionysio tyranno offeruntur, V. 518, 16 *sqq.* Quum Alcibiades Athenas revocatus rerum mutationem effecerit, Lysander ut dux optimus navali rei præficitur, V. 519, 14. Ephesi castra metatus, navali hic quoque instituto, hanc urbem primus florentem reddit, V. 519, 14 *sqq.* Sardes ascendit ad conveniendum Cyrum regis filium et ad accusandum Tisaphernem; dono accipit decem millia Daricorum, qua de pecunia stipendio nautico obolum adjicit, unde factum est, ut parvo tempore naves hostium classiariis vacuæ fiant, V. 519, 27 *sqq.* *cfr.* V 252, 30. Antiochum ab Alcibiade classi præfectum ad Ephesum clade afficit, V. 520, 27 *sqq.*; V. 252, 30. A civitatibus sociis Ephesum vocatus apud audaciores et elatiores occulta decemviratuum et novarum rerum principia jacit; gratia ei has ob spes habita, V. 520, 20 *sqq.* Pecuniæ, quod superfuit, Sardes remittit, Callicrate succedente ei, illumque summis in difficultatibus relinquit, V. 520, 44 *sqq.*

Callicrate mortuo, Lysander a sociis et Cyro petitur, ut classi præsit, quod fit, verbo saltem imperio Araco cuidam collato; Lysandri versutia, V. 521, 30 *sqq.* Testatur Miletus ab eo occupata levitatem ejus in jurando, V. 522, 4 *sqq.* Multam pecuniam accipit a Cyro, V. 522, 28 *sqq.* Dum Cyrus a rege redeat, in otio nonnullas insulas subigit, Æginam et Salaminam incursionibus vexat, in Atticam egressus Agidem salutat, Athenienses insequentes sentiens in Hellespontum fugit et Lampsacum urbem capit, V. 522, 39 *sqq.* Ad Ægospotamos socordibus Atheniensium ducibus supervenit totamque fere classem cum tribus millibus hominum et ducibus capit, V. 523, 45 *sqq.*; *cfr.* V. 252, 47 *sqq.* Tria millia Atheniensium captivos secundum consilii decretum morte afficit; inde circum urbes navigans, quotquot Athenienses reperit, Athenas ire jubet, singulis urbibus unum Lacedæmonium prætorem relinquit et decem præfectos ex iis, quas per oppida instituerat, sodalitatibus, V. 525, 36 *sqq.*; *cfr.* V. 69, 47. His actis in Atticam ad Agidem et Pausaniam reges pervenit, sed quum Athenienses resistant, rursus in Asiam trajicit ad constituendos decemviratus, inter alia Samios et Sestios extorres agit, Æginetas vero, Melios et Scionæos in patriam reducit. Quum jam Athenienses in urbe fame laborare audiverit, ad Piræeum venit cogitque eos acceptis, quas ipse velit, conditionibus deditionem facere, V. 526, 20 *sqq.* Atheniensium præter duodecim omnes naves cremat, ad tibiæ sonitum muros dejicit et rempublicam mutat, triginta in urbe, decem in Piræeo constitutis præfectis, impositoque in arcem præsidio eique Callibio Spartano prætoris vice præposito, V. 527, 12 *sqq.*; *cfr.* V. 254, 15.

A Critia incitatus, jussus a Lacedæmoniis, ad Pharnabazum mittit de occidendo Alcibiade, V. 254, 36, *ibid.* 46. Pecuniæ, quod supererat, dona et coronas Gylippo Lacedæmonem ferenda tradit, ipse in Thraciam profectus; Gylippo ejecto propter fraudem in eam pecuniam commissam sententia lata est, non esse in civitatem recipiendum argenteum et aureum nummum, sed a majoribus tradito utendum; Lysandri amicis resistentibus decretum factum est, publice eam pecuniam esse recipiendam, si quis privatim possidere deprehendatur, morte puniendum esse, V. 527, 52; V. 528, 20 *sqq.*; *cfr.* V. 69, 13. Statuæ aliaque donaria Delphis ab eo dedicata, V. 529, 12 *sqq.* Fastus ejus, aræ a civitatibus ei positæ, pæanes ei cantati, V. 529, 23 *sqq.* Poetarum laudes ambit, V. 529, 35 *sqq.* Facinora violenta, quæ et suo fastui et amicorum gratiæ indulgens perpetrat, ut in Milesios; a Pharnabazo Spartæ accusatus scytala missa revocatur et amicus ejus Thorax morte afficitur, V. 529, 52 *sqq.* A Pharnabazo, quem alias litteras priores revocantes sibi dare precatur, deceptus et accusatione gravi perturbatus mox, ut eam vitet, sibi ad templum Ammonis ascendendum esse refert apud ephoros et ægre veniam abeundi impetrat, V. 530, 50 *sqq.* Quum eo absente reges consilia inierint de ejiciendis sodalitiis a Lysandro urbibus impositis et Athenienses vicerint triginta tyrannos, Lysander reversus Lacedæmoniis persuadet, ut paucorum in urbibus principatui opitulentur, a Pausania autem, quin triginta tyrannos reducat, impeditur, V. 531, 35 *sqq.* Exempla ferocis Lysandri sermonis, V. 532, 9 *sqq.* Agide defuncto Lysandri maxime opera factum est, ut Agesilaus, quem diligebat, pro Leotychida rex constitueretur, V. 532, 26 *sqq.*; *cfr.* V. 711, 21; V. 712, 11 *sqq.*, *ibid.* 33; V. 790, 28.

